Digitized by Google

2. Gr.
81.-1

Aethiopes

Digitized by Google

<36700075900019

<36700075900019

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

ΘΗΣΑΥΡΟΣ

ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ.

VOL. I.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΘΗΣΑΥΡΟΣ

ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ.

THESAURUS

Graecae Linguae

AB H. STEPHANO

CONSTRUCTUS.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

VOL. I.



Londini:

IN ÆDIBUS VALPIANIS.

PROSTAT ETIAM APUD BIBLIOPOLAS LONDINENSES, OXONIENSES, CANTABRIGIENSES, EDINENSES, ET DUBLINIENSES.

1816—1818.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

GULIELMO WYNDHAM GRENVILLE,

BARONI DE GRENVILLE,

QUI SUAS ATHENAS,

ALUMNUS,

MORIBUS, INGENIO, DOCTRINA,

CANCELLARIUS,

FIDE, GRAVITATE, BENEFICIIS,

ORNAVIT;

QUI, DUM RERUM BRITANNICARUM SUMMAM

ADMINISTRABAT,

REGIS HONOREM ET DIGNITATEM,

PATRIÆ SALUTEM ET DECUS

VINDICAVIT ET CONFIRMAVIT;

ET, QUANTUM IN IPSO FUIT,

CONCORDIAM INTER CIVES, ET ÆQUABILIA JURA,

CONCILIAVIT;

HOC OPUS,

ILLIUS CONSILIO SUSCEPTUM,

LIBERALITATE ADJUTUM, PATROCINIO PERFECTUM,

TANTORUM MERITORUM,

TANTÆ LAUDIS, VIRTUTISQUE, RITE MEMOR,

SUMMA OBSERVANTIA

D. D. D.

A. J. VALPY.

LONDINI, ID. NOV. 1828.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI HUJUS THESAURI.

JAMQUE opus exegimus, magnum sane atque haud scimus an ex humanis operibus longe maximum. Per quindecim saltem annos, grande mortalis ævi spatium, onus Ætna gravius nobis videmur sustinuisse, exemtis e media vita tot annis, quibus adolescentes ad juventutem venimus. Hic profecto dies lætissimus nobis illuxit; diu servitutem perpessi sumus; recuperatam libertatem nobis gratulamur. Haud male cecinit doctorum quondam doctissimus, Josephus Scaliger:

Si quem dura manet sententia judicis olim,
Damnatum ærumnis suppliciisque caput:
Hunc neque fabrili lassent ergastula massa,
Nec rigidas vexent fossa metalla manus:
Lexica contexat; nam cetera quid moror? omnes
Pœnarum facies hic labor unus habet.

In uno nimirum Indice conficiendo tres anni elapsi sunt. Nihil enim laboriosius molestiusque ista provincia fingi aut excogitari potest, in qua oculus et manus potius quam mens atque animus, diligentia et industria potius quam ingenium et doctrina postulantur; ad quam suscipiendam scriba potius quam scriptor exigendus est. Qui igitur ad vastissimum Indicem conficiendum se accinxerit, ille mare profundum et immensum se transire sciat, in portum aliquando non nisi ex longissima navigatione perventurum. Horæ quidem cedunt, et dies, et menses, et anni, at interea usque agitur ratis; magna spes eum tenet, at de spe conatuque depellitur; iterum atque sæpius sperat et bono animo est, dum spes ipsa eum deserat, et incertus tanquam in obscura caligine et nocte perpetua feratur.

J. F. Boissonadius Parisiensis, Professor Græcæ Linguæ celeberrimus, eminet inter eos, qui opem auxiliumque nobis tulerunt. Vir ille elegantissimo ingenio præditus, in omnibus humanitatis ac literarum studiis versatus, Græcis ac Latinis doctrinis pereruditus, ex Patribus Ecclesiasticis, ex Grammaticorum opusculis, atque omnino ex auctoribus, qui vel nondum impressi latent in Bibliotheca Regia, vel quanquam editi sunt, tamen propter raritatem atque adeo caritatem in manibus eruditorum non sunt, multa millia vocabulorum voluntate benignissima summaque diligentia jampridem eruerat ad Thesaurum Stephanianum augendum.

Magnas quoque gratias et agimus et habemus J. B. Gailio, Parisiensi Professori, viro humanissimo, tum in aliis literis, tum in grammaticis exercitato, pro quorundam vocabulorum interpretationibus, de quibus minus recte statuerant Henricus noster Stephanus et alii lexicographi; — Joanni Seagero Anglo, viro quem doctrina liberalis et maxime philosophia delectat, pro magna vocabulorum et locutionum multitudine, ex Platone, Aristotele, Tragicis, atque aliis scriptoribus Græcis depromtarum, et luculenter et acute expositarum; — Joanni Schweighæusero, clarissimo Argentoratensi Professori, viro optimo, singulari comitate prædito, philologo diligentissimo et doctissimo, in quo jam seniori viget, et usque ad finem vitæ vigebit studium politioris humanitatis et Græcarum literarum, pro annotationibus ipsius utilissimis in Thesaurum Stephanianum et Brunckii manu scriptis in *Scapulæ Lexicon*; — Henrico Arentio Hamakero, Professori Leidensi, viro linguarum orientalium cognitione præclaro, qui nobis L. C. Valckenærii annotationes in ejusdem *Scapulæ Lexicon* impertivit, quibus usi sumus in priori parte Thesauri Stephaniani; — Joanni Friderico Schleusnero, Lexicis in Novum et Vetus Testamentum utilissimis magnam laudem consecuto, qui vocabulorum quorundam explicationes et libros annotationum in Suidam, Hesychium, aliosque veteres lexicographos nobiscum communicavit; — Joanni Loveday Armigero, pro exemplari Thesauri Stephaniani, ad cujus marginem Thomas Gatakerus, nomen inter eruditos clarum et venerabile,

multa vocabula scripserat, exquisitaque sua doctrina explicaverat;—Adamo Askevio Armigero, pro Lexico manu exarato, in quo continentur vocabula ex Theophrasto, Hippocrate, Galeno, aliisque medicis Græcis depromta, et quod bibliothecam patris sui, medici celeberrimi et viri humanissimi, locupletaverat;—et Martino Josepho Routhio, viro reverendissimo, singulari et præstantissima virtute, cui ætatis pure et eleganter actæ placida ac lenis incedit senectus, in quo literarum studium adhuc floret, *οὐδὲ γηράσκει*, et quem, omni laude ingenii ac doctrinæ cumulatum, semper sumus admirati, semperque amavimus, pro *Hedericiano Lexico*, cujus margini adscripserat perrara vocabula aut notabiles locutiones, quas legerat in Platone, Aristotele, Clemente Alexandrino, Epiphanio, aliisque scriptoribus Græcis.

Præter magna hæc subsidia, ab initio operis nobis præsto fuerunt *Lexica* duo *Hedericiana* et *Hesychius* Gilberti Wakefieldii, viri in primis acuti, diserti, doctrinæ laude florentis; et cumulus ingentissimus vocabulorum, quæ Abrahamus Kallius, ex Græcis scriptoribus tam vetustioribus quam recentioribus, mira industria collegerat, et quorum magnam partem nostros in usus exscripsit Gulielmus Elberling Hafniensis, adolescens comissimus et doctissimus, qui et multa vocabula propria lectione notata ad Thesaurum Stephanianum augendum contulit. Godofredo autem Hermanno, qui inter eruditos facile est princeps, cujus acumen, judicium, et doctrinam omnes gentes suspiciunt et admirantur, et quem virtutibus egregiis præditum maxime amant discipuli sui et amici, agendæ quoque et habendæ sunt gratiæ, pro benevolentia erga nos et multis variisque officiis, præsertimque quod *Disputationem de Particula* Ἂν copiosam, subtilem, eruditam nobis miserit, quam Indici præfixam Lector habet.

Ex illis vero omnibus, qui consumserunt multum operæ ac laboris in re lexicographica, et quorum volumina manu scripta nobis licuit evolvere, maxima G. H. Schæfero est habenda gratia, cujus *Lexica Hedericiana* et *Schneideriana* continent in marginibus innumerabilia vocabula et memorabilium locutionum uberrimam segetem. Redolet

omnis fere pagina doctrinam illam summam, atque acumen ingenii subtilissimum, et judicium limatum et politum, quæ verum grammaticum, criticum, philologum exhibent, et quæ Bentleiis Porsonisque esse propria clamarent omnia gymnasia atque omnes scholæ.

Tandem aliquando opus finitum et in lucem proditum est. Habent vero Subscriptores nostri THESAURUM STEPHANIANUM non modo integrum, sed etiam innumeris additamentis auctum. Neque tamen est hic noster Thesaurus perfecte absolutus, sed qualem pro nostra ingenii et doctrinæ mediocritate conficere potuimus. Defectus saltem varios in THESAURO STEPHANIANO supplevimus; errores permultos sine dubio sustulimus; nec male, liceat nobis dicere, meriti sumus de republica literaria.

Exoriatur vero aliquis ingenio præstanti, eruditione perfecta, diligentiaque summa, cujus opus sub felicioribus auspiciis, in optimis temporibus, regio sumtu inchoatum, omnibus suis numeris et partibus expletum, universo eruditorum clamore et plausu comprobetur!

Londini, Id. Nov. 1828.

CONSPECTUS EORUM

QUÆ IN HAC THESAURI STEPHANIANI EDITIONE CONTINENTUR.

PAG.

HENRICI STEPHANI Admonitio de Thesauri sui Epitome, quæ titulum Lexici Græco-Latini Novi præfert iv

Epistola Dedicatoria, et Epigrammata duo de Thesauro Gr. v

Catalogus Auctorum Græcorum, e quorum Scriptis Vocabula et loquendi Genera, eorum item unde Expositiones Vocabulorum aut loquendi Generum petitæ sunt in hoc Thesauro Græcæ Linguæ vi

Scipionis Carteromachi Pistoriensis Oratio de Laudibus Literarum Græcarum . viii

M. Antonii Antimachi de Literarum Græcarum Laudibus Oratio . . xiv

Conradi Heresbachii Oratio in Commendationem Græcarum Literarum . xv

H. Stephani ad Lectorem Epistola, seu Præfatio in suum Thesaurum Linguæ Græcæ xxi

Excerpta ex H. Stephani Epistola, a. 1559. edita, qua ad multas multorum Amicorum respondet, de suæ Typographiæ Statu, nominatimque de suo Thesauro Linguæ Græcæ xxix

Excerpta ex J. A. Fabricii Bibliotheca Græca; Lexica Græco-Latina recentiorum xxxvi

Excerpta ex Vita H. Stephani Secundi, a Mic. Maittaire conscripta . . xliv

De Verbis Græcorum Mediis Commentationes L. Kusteri, J. Clerici, S. Clarkii, et E. Schmidii, recensuit, auxit, suamque adjecit Chr. Wolle; cum Dresigii et Bowyeri Notis xlvii

P. P. M. Ogerius de Linguæ Græcæ Affinitate cum Hebraica . . . cx

J. A. Ernesti de Vestigiis Linguæ Hebraicæ in Lingua Græca Oratio . . cxviii

LEXICON VOCUM PEREGRINARUM IN SCRIPTORIBUS GRÆCIS OBVIARUM: in quo comprehenduntur:—

Excerpta e Chr. D. Beckii Dissertatione de Lexicis Græcis et Latinis omnino, et recentissimis singulatim cxxii

P. E. Jablonskii Disquisitio de Lycaonica et aliis Linguis . . cxxv

Fr. Guil. Sturzii de Dialecto Macedonica et Alexandrina Liber . cliii

P. E. Jablonskii Glossarium Vocum Ægyptiarum, cum J. Guil. Tewateri Auctario cxcix

L. C. Valckenærii Dissertatio de Vocabulo Βᾶρις . . . cccxxii

Spicilegium Vocum Ægyptiarum: post Jablonskium, Tewaterum, et Sturzium collegerunt Thesauri Stephaniani Editores . . . cccxxv

Addenda et Corrigenda in Spicilegium Vocum Ægyptiarum . . ccclxxii

J. G. Dahleri Lexicon Vocum Peregrinarum in Græcis Auctoribus, Glossographis maxime, obviarum ccclxxv

Vocabula a Dahlero prætermissa cccclxxxvii

PAG.

THESAURUS LINGUÆ GRÆCÆ, ab H. Stephano constructus . . . 1

Addenda huic Thesauro 11007

GODOFREDI HERMANNI DISSERTATIO DE PARTICULA *Ἄν*.

INDEX THESAURI NOVI STEPHANIANI.

GLOSSARIA, ET ALIA OPUSCULA.

Cyrilli, Philoxeni, aliorumque Veterum Auctorum Glossaria, Græco-Latina et Latino-Græca, a Carolo Labbæo collecta, plurimis in locis ab Editoribus Thesauri Græci Stephaniani emendata 1

Bon. Vulcanii Brug. Notæ et Castigationes in Glossaria utriusque Linguæ . 391

Colloquia duo Vetera Græco-Latina; Colloquium Scholasticum; Excerpta e Verweii Præfatione ad Novam Viam Docendi Græca 423

Niciarii Interrogationes et Responsiones; Carfilidis Interrogationes et Responsa; Responsa Sapientum 432

Præcepta in Delphis ab Apolline in Columna scripta secus Deum . . 433

Collectio Vocum, quæ pro diversa Significatione Accentum diversum accipiunt, Auctore Cyrillo, seu potius Philopono 433

Veteres Glossæ Verborum Juris, quæ passim in Basilicis reperiuntur, a Carolo Labbæo edita, cum Excerptis e Fabricii Bibliotheca Græca, Antonii Schultingii Præfatione, Additionibus e Libro Ms., Jos. Scaligeri et aliorum Emendationibus, et Notis ejusdem Ant. Schultingii 441

Hadriani Sententiæ, Responsa, Rescripta, et Epistolæ, cum Excerptis de Dositheo e Fabricii Bibliotheca Græca, et cum Goldasti Notis 489

Verborum quorundam Themata, quæ magna e parte vel sunt Anomala, vel Poetica, aut certe ejusmodi, ut non obviam cuilibet habeant Originem 501

De Græcæ Linguæ Dialectis, e Scriptis Joannis Grammatici, quæ *Τεχνικὰ* fuerunt inscripta; De Dialectis a Corintho decerptis; E Plutarcho Excerpta de Dialectis, et Homerico earum Usu; Ex eodem Plutarcho Excerpta de Tropis, et Homerico eorum Usu; De Schematis, et Homerico eorum Usu, ex eodem Plutarcho 629

De Passionibus Dictionum, e Tryphone Grammatico; Ejusdem Opuscula quædam, e Museo Critico Cantabrigiensi, cum Notis C. J. Blomfieldii, Episcopi olim Cestrensis, nunc Londinensis, excerptis e Fabricii Bibliotheca Græca 671

Herodiani de Notis Numerorum Tractatus 689

De Mensuris et Ponderibus, Libellus Galeni, e Collatione cum iis, quæ apud Paulum Ægin. et Schol. Nicandri leguntur, emendatus 697

De Mensibus et Partibus eorundem, cum Excerptis e Matthæi Glossariis Græcis Minoribus 707

Ammonii de Similibus et Differentibus Vocabulis Libellus, cum Excerptis e Fabricii Bibliotheca Græca, Valckenærii Præfatione, Notis, et Animadversionibus integris; Nova Editio correctior, et Notis e Schæferi editione Lipsiensi A. D. 1822., atque ea, quam continet Scapulæ Lexicon Oxoniense A. D. 1820., depromtis aucta. Cui accesserunt e Valckenærii editione Opuscula Eranii Philonis de Differentia Significationis, Lesbonactis de Figuris Grammaticis, Anonymi de Solœcismo et Barbarismo, Lexicon de Spiritibus Dictionum, e Tryphone, Choerobosco, Theodorito, et aliis collectum, cum Notis e Schæferi editione atque Oxoniensi Scapulæ Lexici editione desumtis 717

Τάξις Παλαιὰ καὶ Ὀνομασίαι τῶν Ἀρχόντων, secundum H. Stephani Editionem, Kusterianum Suidam, et Montefalconii Bibliothecam Coislinianam, e qua desumta sunt *Ὀνόματα τῶν Ἁρμάτων* 939

Orbicii *Περὶ τῶν περὶ τὸ Στράτευμα Τάξεων* 945

H. Stephani Commentarius de Atticæ Linguæ seu Dialecti Idiomatis . . 949

THESAURUS

LINGUÆ GRÆCÆ,

AB

HENRICO STEPHANO

CONSTRUCTUS:

NOVA EDITIO AUCTIOR ET EMENDATIOR.

A PRIMÆ Græcorum literæ nota est, cui nomen Ἄλφα, quod a prima Hebræorum litera mutuatur, אלף, quamvis enim tria hæc elementa אלף sonent *Aleph*, sequendo ea quæ ף *pe* finali subscribuntur puncta, siquis tamen voluerit pro arbitrio alia subscribere, poterit alios etiam sonos literis illis dare, ex quibus sit et hic, *Alpha*. Hanc autem alioqui tam manifestam et plane indubitatam derivationem ignorantes grammatici, Ἄλφα a verbo Ἄλφω originem habere tradiderunt, quum contra vocem hanc ex illa oriundam dicere, rationi magis consentaneum videri potuisset: ut infra docebo. Itidem certe elementum secundum Βῆτα ex Hebr. בות *Beth*, manasse perspicuum est: nec de hac derivatione ambigent ii præsertim qui qualis fuerit olim τοῦ η sonus, noverint.

Ἄλφα, præter figuras, [quas ad finem operis, cum omnigenis *literarum ductibus* et *compendiis*, subjectas videbis,] habet et alias quasdam in manuscriptis libris vetustioribus; quarum una partim ad Hebraici ℵ, partim ad Latini *a* formam accedit.[1] Sed usus illius est in iis potissimum locis quibus typographi literas quas majusculas appellant, adhibere consueverunt.

Ἄλφα cur primam inter στοιχεῖα, i. e. elementa, sedem obtinuisse existimatum sit, tunc dicendum erit quum de illa a verbo Ἄλφω origine disseretur: quæ si fabulosa est, (ut certe est), simul et illi rationi vel potius illis rationibus fidem derogemus necesse est.

Ἄλφα unum est ex illis elementis quæ nomen suum apud omnes Græcas dialectos immutatum retinuerunt, quum aliquæ nonnulla ex ceteris immutaverint. Nam ex Γάμμα Iones Γέμμα, ex Κόππα quidam Κόππα fecerunt: unde putatur esse κοππατίας dictus quidam equus ap. Aristoph. (Nub. 23. Ὅτ' ἐκριάμην τὸν κοππατίαν, 437. ἡ γὰρ ἀνάγκη με πιέζει Διὰ τοὺς ἵππους τοὺς κοππατίας, καὶ τὸν γάμον, ὃς μ' ἐπέτρεψε,) ab impresso videlicet illi κόππα.[2] Nonnullis major etiam mutatio contigit: ut τῷ Σίγμα, quod Dores Σὰν appellarunt. Mῦ autem a Democrito vocatum fuisse traditur Mῶ, eadem forma qua Pῶ.

Ἄλφα indeclinabile est, sicut Βῆτα, et reliqua etiam, uno aut duobus exceptis. Perperam enim Priscianus de omnibus elementorum tam apud Græcos quam Latinos nominibus pronuntiavit, ea esse indeclinabilia. Et sunt indeclinabilia (inquit) tam apud Græcos elementorum nomina quam apud Latinos: sive quod a barbaris inventa dicuntur; sive quod simplicia hæc et stabilia esse debent, quasi fundamentum omnis doctrinæ immobile; sive quod nec aliter apud Latinos poterat esse, &c. Debuit certe ex hoc indeclinabilium numero Σίγμα saltem excipere Priscianus, quod habere genitivum singularem Σίγματος, pluralem Σιγμάτων apud Platonem comicum, nominativum et accus. Σίγματα apud Xenophontem,[3] alibi (Thes. ii. p. x.) ostendam, ubi et de vocibus agam quæ ex elementorum nominibus factæ fuerunt, cujusmodi sunt ex hoc Σίγμα istæ, Σιγματοειδὴς sive Σιγμοειδὴς, Ἄσιγμος, ex quo vox Ἀσιγμοποιῶ, item Πολύσιγμος. Præter istud autem nomen elementi Σίγμα, debuit fortassis et Γάμμα excipere: nam et hoc declinatum invenisse mihi videor. Sed donec exemplum suppetat, in dubio relinquatur. Hoc addo, articulos præfixos

[1] Addit Noster:—"Ut aliquando, Deo favente, in meo de Calligraphia Græca libro videbis." Hunc libellum nunquam, quod sciamus, in lucem dedit. De eo certe nihil invenias in Catalogo Opusculorum, quæ aliquando edere H. Stephanus statuerat, inserto in 'Vita H. Stephani Secundi, a M. Maittaire conscripta,' pp. 473—8.

[2] Schol. ad Aristoph. Nub. 23.: Κοππατίας ἵππους ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ κ στοιχεῖον, ὡς Σαμφόρας, τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ σ. τὸ γὰρ σ καὶ τὸ ν χαρασσόμενον, σᾶν ἔλεγον. Cf. Biseti Scholia.

[3] Hellen. iv. 4. 10.: Οἱ δὲ Ἀργεῖοι, ὁρῶντες τὰ σίγματα ἐπὶ τῶν ἀσπίδων, ὡς Συρακούσιοι, οὐδὲν ἐφοβοῦντο· ἔνθα δὴ λέγεται εἰπεῖν ὁ Πασίμαχος, Ναὶ τὼ Διώ, Ἀργεῖοι, ψεύσει ὑμᾶς τὰ σίγματα ταῦτα, χαρεῖν ὑμᾶς. "Unde satis patet, quid tribuendum sit præcepto Helladii in Chrestomathia p. 963. t. xi. Thes. Gronov.: Τὰ νῦ φαμεν, καὶ τὰ μῦ, πληθυντικῶς ἐκφωνεῖν ἐθέλοντες τὰ στοιχεῖα. Οὕτω καὶ τὰ σίγμα δεῖ λέγειν, ἀλλ' οὐχὶ τὰ σίγματα· καὶ γὰρ ἄκλιτα τῶν στοιχείων τὰ ὀνόματα. Διὸ καὶ τὸ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς εἰρημένον οὐχ ὡρ' ἦν τὰ σίγματα τῶν ἀσπίδων ἀναγνωστέον, ἀλλὰ διασυλλάβως τὰ σίγμα, καὶ ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς τὰ τῶν ἀσπίδων, κατὰ διάστασιν. V. Meurs. ad h. l. et Palmer. Exercitt. ad Auctt. Gr. p. 70., qui Helladii vanitatem et aliis argumentis demonstrarunt, et locis Platonis Comici et Eubuli ap. Schol. Eurip. Med. 476. (ubi v. Porson.) qui hujus nominis plurali numero usi sunt." Sturzius Lex. Xenoph.

reliquis elementorum nominibus indeclinabilibus, sicut et aliis quibuslibet vocabulis quæ indeclinabilia sunt, veluti declinationis loco esse. Dicitur enim τὸ Ἄλφα, τοῦ Ἄλφα, τῷ Ἄλφα: itidemque in plurali, τὰ Ἄλφα, τῶν Ἄλφα, τοῖς Ἄλφα. Eodem modo τὸ Βῆτα, τοῦ Βῆτα, &c. Semper autem præfigitur neutrius generis articulus, quod et γράμμα et στοιχεῖον, quæ literam et elementum significant, neutrius generis sint. Possunt tamen hunc articulorum usum præstare et alia vocabula illis præfixa: veluti quum dicitur in proverbio, Τρία κάππα κάκιστα. A

Ἄλφα numero declarando adhibetur, et primum significat, sicut Βῆτα secundum, Γάμμα tertium, itidemque in ceteris. Sed quadam velut prærogativa in isto literarum usu libri Homerici donati fuerunt. Primus enim liber Iliadis sive Odysseæ, vocatus fuit Ἄλφα, secundus Βῆτα, tertius Γάμμα, atque ita deinceps; existimanturque harum appellationum auctores fuisse veteres grammatici, ac nominatim Aristarchus. Hunc autem istorum elementorum usum videmus in versibus singulis B qui libris illis præfixi sunt, et Ἐπιγραφαὶ vocantur, i. e. inscriptiones, seu tituli: quod singulis singulorum argumentum contineatur. Verbi gratia: libro primo, Ἄλφα λιτὰς Χρύσου, λοιμὸν στρατοῦ, ἔχθος ἀνάκτων. Libro secundo, Βῆτα δ' ὄνειρον ἔχει, ἀγορὴν, καὶ νῆας Ἀχαιῶν. Juncto deinde unicuique horum nominum substantivo dicitur ἡ ἄλφα βαψῳδία, addendo aut subaudiendo τῆς Ἰλιάδος, sive τῆς Ὀδυσσείας, itidemque in genitivo, τῆς ἄλφα βαψῳδίας: eodemque modo cum Βῆτα, cum Γάμμα, ceterisque omnibus, pergendo videlicet illud substantivum et per reliquos casus declinare. Legimus porro et alii substantivo juncta hæc nomina ap. Eustathium, dicentem et τὸ ἄλφα τμῆμα, τοῦ ἄλφα τμήματος, et ita deinceps. Vocaturque τμῆμα unusquisque liber, respiciendo ad totum poema, quod est velut σῶμα. Sed an Eustathius hanc vocem τμῆμα in ista significatione aliunde, an a se afferat, non satis liquet. Quamvis autem hic scribat veteres grammaticos οὕτω τιμῆσαι τὴν C Ὁμηρικὴν ποίησιν τῷ προσθείῳ τῶν στοιχειωδῶν γραμμάτων, idem tamen et a quibusdam philosophis in suorum librorum inscriptionibus factitatum fuisse testatur. Addit idem, hanc ob causam libros Homericos γράμματα etiam fuisse vocatos, sicut Ἄλφα, Βῆτα, et reliqua hoc nomine appellantur. Ubi quamvis singularis numeri mentionem nullam faciat, non dubito tamen quin et sigillatim unusquisque liber γράμμα dictus fuerit, addita numerali appellatione: hoc modo, τὸ πρῶτον γράμμα, τὸ δεύτερον γράμμα, et ita deinceps. Ex his patet quousque extendi debeat quod de Ἄλφα, ceterisque elementorum appellationibus dixi, nimirum numero declarando adhiberi. Alioqui enim passim hoc declarandi numeri officio funguntur per se ipsorum elementorum notæ. Significat enim α primum, vel primam, β secundum vel secundam, et ita deinceps. Sed ad discernendas ab aliis has literas, quum numerales sunt, seu numerativæ, si ita loqui licet, lineolam illis quidam superposuerunt, alii accentum D acutum: quidam cum lineola literas quibus terminatur ipsa numeri appellatio addiderunt: pro πρῶτος scribentes α habens superne lineolam cui affixa esset syllaba ος, et quidem minutiore scripturæ genere scripta: pro πρώτου, scribentes α habens superne lineolam quæ affixam haberet syllabam ου cum accentu: pro πρώτῳ, α habens superne lineolam cui affixa esset litera ῳ, cum accentu itidem. Quorum compendiorum, ita enim compendiariæ notæ vocari compendiarie possunt, [formæ ad finem operis apponentur.] Eadem est autem et accusativi πρῶτον ratio: scribitur enim litera α, cui superponitur lineola affixam habens syllabam ον. Quinetiam in scribendo fœminino πρώτη et neutro πρῶτον idem mos servatur. Hac autem de re monendum te eam præsertim ob causam existimavi, quod sciam a nonnullis ignoratam, vetera exemplaria legentibus, negotium illis exhibuisse.

Ἄλφα penulatorum, Βῆτα togatorum jocose dixit Martialis, pro eo quod est, Primum locum tenens inter penulatos, secundum locum inter togatos obtinens: ut videlicet inter literas Alpha, primum, Beta secundum locum habet. Erasmus ἄλφα penulatorum exponit præcipuum et quasi primatem. Ego, ut ἄλφα penulatorum, primarium penulatorum, ita etiam βῆτα togatorum, secundarium togatorum, si modo secundarius ita usurpari posset, exponendum censerem. Scazontes Martialis in quibus ita lusit, sunt isti, Lib. v. (Epigr. 27.) 'Quod Alpha dixi, Codre, penulatorum Te nuper, aliqua quum jocarer in charta, Si forte bilem movit hic tibi versus, Dicas licebit Beta me togatorum.' Talem jocum, aut certe talem joci formam habet distichum Lib. i. (Epigr. 51.) 'Si tibi Mistyllus coquus, Æmiliane, vocatur, Dicetur quare non Taratalla mihi?' Quum enim utraque harum appellationum ex Homerico isto versu sumta sit, qui non semel apud eum legitur, Μίστυλλόν τ' ὦρα τἄλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν: ita jocatur poeta, Si tu ex primo versus Homerici vocabulo, μίστυλλον coquo tuo nomen imponere tibi permittis, cur mihi ex sequentibus vocabulis τ' ὦρα τἄλλα nomen ei dare non licebit? Sic in præcedente epigrammate, Si te nomine primæ Græcorum literæ appellavi, tu me vicissim nomine secundæ appellato. Scio tamen quibusdam videri aliquid majoris argutiæ his versibus subesse: sed vereor ne nimis arguti esse velint.

Ἄλφα καὶ Βῆτα, Alphabetum, ut vulgo loquimur. Juvenalis xiv. (209.) Hoc discunt omnes ante alpha et beta puellæ. Aratus autem apud Stephanum Byz. (v. Γάργαρα),[1] et Anthol. Epigramm. Lib. ii. p. 164. meæ Editionis, inverso propter metrum ordine dixit, Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων: i. e. Gargarensium liberos elementa docens, seu prima elementa. Hinc est factum pulchra compositione VOCAB. Ἀναλφάβητος, ου, ὁ et ἡ, Qui ne alpha quidem ac beta novit, Omnino illiteratus, Adeo literarum rudis, ut ne ipsa quidem earum elementa habeat cognita. Gallice ad verbum, *Qui ne sçait ni* A *ni* B. Quidam interpr. ex Seneca, Qui nec elementarius fuit. Sed in hac interpretatione alius dabitur usus voci Elementarius quam habeat apud ipsum Senecam, Epist. 36. Fuerit enim Elementarius, qui doctus est elementa, seu institutus est in elementis, Qui elementa didicit: quum Senecæ Elementarius is sit qui elementa docetur, seu discit. Locus enim in quo voce illa utitur, est hic: 'Sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est, ita non omnibus institui. Turpis et ridicula res est elementarius senex: juveni parandum, seni utendum est.' (Capitol. in Pertin. c. 1. Puer literis elementariis, et calculo imbutus.) Ceterum afferunt hanc vocem et vulgaria Lexica, sed nullius scriptoris usu eam comprobant: uti tamen illa Athenæum sciendum est, L. iv. (p. 176. e.) ubi scribit, ἧς [κιθαρῳδίας] καὶ ὁ εἰντελέστατος παρ' ἡμῖν ἰδιώτης, προσέτι τε καὶ ἀναλφάβητος, οὕτως ἐστὶ συνήθης, ὡς τάχιστα ἐλέγχειν τὰ περὶ[2] τὰς κρούσεις ἁμαρτήματα γινόμενα.

[1] Schol. ad Epigr. Gr. ap. Berkel.: Στέφανος ἐν τῷ Περὶ Πόλεων μέμνηται ἐπιγράμματος· ὅτι τε ὁ Διότιμος ἐν Γαργάρῳ ἐδίδασκε γράμματα, καὶ ὅτι Ἄρατος εἰς αὐτὸν τὸ ἔπος ἐγραψε τοῦτο. παρατίθεται δὲ τὸ ἐπίγραμμα· οὐ μέν τοι γράφει Διότιμος, ἀλλὰ ὅτι μοῦνος αἰάζω καὶ πάλιν, Παισὶ Γαργαρέων, καὶ οὐ Γαργαρέων παισί. "Corrige hoc distichon e Macrob. v. 20. et Anthol. ii. 40. p. 239., Γαργαρέων παισίν. Ubi Schol. notat diversitatem lectionis, quæ ap. Stephanum occurrit; sed Scholiographus iste Græculus est recentissimus." L. Holsten. At in Eustathio quoque ad Il. Β. p. 986. 48., qui forte e Steph. Byz. sua duxit, legitur, Παισὶ Γαργαρέων.

[2] "Ferendum atque adeo probum videri poterat περὶ τὰς κρ. compendium, quod erat in ed. Ven., perperam interpretantium. τὰς κρούσεις, inter pulsandum, in pulsando." Schweigh. At nonnisi ex operarum errore ortum hoc erat, scripturæ παρὰ cum ed. Ven. tuentur MSS. A. et Ep. Est autem παρὰ

Ἄλφα καὶ Ω μέγα quo sensu usurpentur in Apocalypsi, dicetur in litera Ω.

Ἄλφα, ut ad alteram illam derivationem veniam, de qua, licet vana, dicturum me promisi, deductum esse a verbo Ἀλφῶ, significante Invenio, testatur Etymologus: eam ob causam quod prima literarum inventa fuerit. Moschopulus quoque, sicut et alii nonnulli, Ἄλφα vult ab Ἀλφῶ habere originem, sed aliam ob rationem: quod nimirum ex Ἄλφα primo elemento inventa fuerint et cetera. Ejus enim in sua Grammatica, eam dico quæ nondum excusa fuit, hæc sunt verba, Ἄλφα παρὰ τὸ Ἀλφῶ τὸ εὑρίσκω· ἐξ αὐτοῦ γὰρ εὑρέθη καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα. At Euripidis Scholiastes (v. 297.) contra vult Ἀλφάνω, idem significans quod Ἄλφω, ab Ἄλφα ortum habere. Ego vero non quidem Ἀλφάνω, sed Ἄλφω, ex quo deinde factum illud fuit, ex Ἄλφα oriundum esse arbitror. Quum enim literarum inventio, quarum prima est Ἄλφα, supra quamvis aliam celebrata et nobilitata fuerit, eos qui nomen primæ illius literæ audirent, inventionis omnium recordari solitos, ut ii qui Ἄλφα καὶ Βῆτα vocabant quod vulgo alphabetum dicitur, sub duabus illis Ἄλφα καὶ Βῆτα omnes comprehendebant, hinc tandem verbum Ἄλφω deduxisse, non absimile vero esse videtur. Quod meum commentum tamen non ita mihi placet ut aliud probabilius non desiderem. Sed qualecunque illud est, plus fidei saltem mereri existimo quam duo illa quibus derivationis literæ Ἄλφα a verbo Ἄλφω ratio redditur. Ut enim demus, quod dandum non est, Ἄλφα non esse ab Hebr. אלף, sed aliam ei quærendam esse originem, non video quomodo rationi consentanea loquatur qui dicit Ἄλφα esse ab Ἄλφω, quod primum omnium elementorum inventum fuerit; quod enim secundum est, inventum et ipsum fuit: itidemque quod tertium, atque ita deinceps. Nec video quomodo excusari commentum istud possit, nisi, si hic jocari licet, proverbii valde triti auctoritate defendatur, quo dimidium facti habere dicitur qui cœpit. At causam quam Moschopulus reddit, quo patrocinio tuebimur? Ἄλφα, inquit, ab ἄλφω, significante Invenio: quoniam ex eo et cetera elementa inventa fuerunt. Hoc certe si verum est, si inquam primæ literæ inventio ceterarum inventionem præbuerit, consentaneum id quoque veteri illi proverbio esse respondebimus. Sed vereor ne potius ipse Cadmus nobis sit advocandus, si scire velimus quomodo ex prima litera ceteras invenerit.

Ἄλφα primo loco positum a Cadmo, nam et hæc commenta me commemoraturum sum pollicitus, quamvis ipsa quoque, stante vera illa literæ Ἄλφα derivatione, concidant, censet Ammonius, apud Plut. Sympos. ix. (Quæst. ii. p. 1047. ed. Wyttenb.) quod Phœnices Ἄλφα nominent bovem: cui quidem non secundus aut tertius, juxta Hesiodum, sed primus inter necessarias res locus debeatur. Moschopulus autem primam sedem obtinuisse illud tradit, quod a seipso incipiat pariter et desinat: quum elementa cetera a seipsis inchoentur, sed non itidem finiantur.

Quos usus habeat α præfixum vocabulis.

A στερητικὸν in quibusdam vocabulis, in nonnullis contra ἐπιτατικὸν, in quibusdam ἀθροιστικὸν a grammaticis appellatur. Præfixum enim illis per compositionem, loquor autem de nominibus præsertim, et hos et alios quoque usus habet. Occurrit autem frequenter στερητικὸν, i. e. privativum, seu privandi vim obtinens, quemadmodum apud Latinos frequenter particula In, nonnunquam De, vel Ex, interdum vero itidem hæc ipsa litera, ut in Amens et Avius: Exemplo sunt, βέβαιος, Stabilis: ἀβέβαιος, Instabilis. Sic σοφὸς, Sapiens, Doctus, Scitus: ἄσοφος, Insipiens, si, exempli causa, sic interpretari liceat, Indoctus, Inscitus. Sic κακὸς, Malus: ἄκακος, Minime malus. Item, ἡδὺς, Jucundus: ἀηδὴς, Injucundus. In quo observa obiter, accedente per compositionem α, mutari scripturam, verso υ in η: quod in aliis quoque nonnullis usuvenit. Hoc autem ignorans aliquis mendosam scripturam esse putet. Sed quum vocabulum cui α præfigitur, a vocali initium habet, inter ipsum et sequentem vocalem interjicitur ν, euphoniæ gratia: ut ἄξιος, Dignus, ἀνάξιος, Indignus: ἴσος, Æqualis, ἄνισος, Inæqualis: ἐραστὸς, Amabilis, ἀνέραστος, Inamabilis. Quinetiam in illis quæ ex substantivis fiunt, ut ἄνολβος, ex ὄλβος: ἄνιππος, ex ἵππος. Excipiuntur quædam: non tamen quæ rejicere literam ν dicenda sint, ut vulgo tradunt, sed potius ea posse carere, posse etiam illam admittere. Nam hæc quæ in exemplum afferuntur, ab ο incipientia, Ἄοσμος, Ἄοικος, Ἄοζος, minime rejiciunt ν: quum alicubi quidem hanc scripturam habeant, alicubi vero et istam cum ν, Ἄνοσμος, Ἄνοικος, Ἄνοζος. His autem addo Ἄϊλος: pro quo reperiri itidem et Ἄνυλος cum ν, dico. Aliquando autem hæc litera eodem officio fungens opponitur particulæ εὖ: ut quum dicitur εὔμορφος, Formosus, ἄμορφος, Deformis. Itidemque, εὔχαρις, Venustus, Lepidus: ἄχαρις, Invenustus, Illepidus. Atque hæc quidem, sicut et præcedentia, ex adjectivis adjectiva fiunt: verum ex substantivis quoque adjectiva fieri quædam sciendum est: ut ex νοῦς substantivo, quod est Mens, fit adjectivum ἄνους, Amens. Ubi observa quomodo Latini in componenda voce ista Amens, exemplar Græcæ ἄνους sibi proposuisse videantur, vel potius proposuerint. Utrobique enim una eademque litera vim eandem, nimirum privandi, obtinet: utrobique substantivum nomen in adjectivum absque ulla mutatione transit. Itidem ex substantivo νόσος, Morbus, fit adject. ἄνοσος, Morbo carens, Morbi expers. Eodemque modo ex substantivo γάμος quo Nuptiæ significantur, fit adjectivum ἄγαμος, Nuptiarum expers. Pariter ex substant. πόνος, quo significatur Labor, fit ἄπονος, i. e. Illaboriosus. Et in his quidem quatuor adjectivis, sicut et in aliis plerisque, integrum atque immutatum retinetur substantivum: sed sunt etiam quamplurima in quibus adjectivum aliam terminationem accipit. Sic ex substantivo φρὴν, quod et ipsum mentem significat, fit adjectivum ἄφρων, quo itidem declaratur Amens, Insipiens. Ex substantivo κέρδος, quod est Quæstus seu Lucrum, fit ἀκερδὴς, Inquæstuosus, Illucrosus: hæc enim aliquando dicta fuisse aut putemus aut certe fingamus. Ex substantivo βουλὴ, quod est Consilium, fit ἄβουλος, Consilio carens, Inconsultus. Ex substant. γραφὴ fit ἄγραφος: ex γνώμη, ἀγνώμων: ex ἀκοὴ, ἀνήκοος, ubi observa etiam mutationem vocalis: ex γράμμα, ἀγράμματος: ex αἷμα, ἀναίματος, et ἄναιμος, et ἀναίμων, i. e. Exunguis, particula Ex στέρησιν indicante.

A est στερητικὸν non solum in ejusmodi nominibus qualia sunt præcedentia adjectiva, quæ vel ex aliis adjectivis itidem, vel ex substantivis, aut cum mutatione, aut citra mutationem, sunt facta: verum etiam in quamplurimis eorum quæ verbalia dicuntur. Cujusmodi sunt, φθαρτὸς, Corruptibilis: ἄφθαρτος, Incorruptibilis. Sic τρεπτὸς, Mutabilis: ἄτρεπτος, Immutabilis. Sic λυτὸς, Solubilis: ἄλυτος, Insolubilis. Sic κλητὸς, Vocatus: ἄκλητος, Invocatus, i. e. Non vocatus. Sic πλαστὸς, Fictus: ἄπλαστος, Non fictus. Sic βαπτὸς, Tinctus: ἄβαπτος, Non Tinctus. Jam vero et non præcedente simplici reperitur sæpe compositum verbalis formam habens: i. e., cui per compositionem hoc στερητικὸν α præfixum est. Talia sunt, Ἀήττητος, Ἀνίκητος, Ἀκόλαστος, Ἀβασάνιστος, Ἀβασίλευτος, Ἀγύμναστος, Ἀδύκητος, Ἄδραστος, Ἀμίαντος, Ἀμόλυντος, aliaque prope innumera. Horum certe vix ullum esse puto quod absque isto privativo α inveniatur: nec memini me vel Ἥττητος, vel Νικητὸς, vel Κολαστὸς, vel Βασανιστὸς, vel Βασιλευτὸς,[1] vel Γυμναστὸς, vel aliud ex sequentibus legere: sed dicitur potius Ἡττημέ-

[1] "Βασιλευτὸν γένος ἀνθρώπων, Qui ferre regnum apti sunt natura, ut Bud. interpr. apud Aristot. Polit. iii." H. St. Thes. i. p. 725. c.

νοι, Νενικημένος, Βεβασανισμένος, Βεβασιλευμένος, vel Βασιλευόμενος, Γεγυμνασμένος, itidemque in ceteris. Præfigitur porro α istud privativum iis etiam quæ non simplicia, sed cum præpositione sunt composita. Cujusmodi est Ἀδιάτρεπτος, et quidem non præcedente Διάτρεπτος, sicut alteram vocem Ἄτρεπτος antecedit Τρεπτὸς, cujusmodi etiam est Ἀνεξέταστος, Ἀνέκφραστος, Ἀδιήγητος. Denique et iis quæ bicomposita sunt, liceat enim mihi meis verbis brevitatis causa uti, præfigitur α στερητικόν: qualia sunt, Ἀδιέξοδος, Ἀδιεξίτητος, Ἀδιεξήγητος, Ἀδιεκδίκητος, Ἀναντακόδοτος. Et hæc quidem omnia quibus α στερητικὸν præfixum est, verbalium formam habent ex præterito passivo formatorum, nimirum ex tertia ejus persona singulari: sed inveniri sciendum est præfixum nonnullis etiam nominibus quæ et ipsa originem a verbis, sed aliam tamen formam atque adeo formationem habent. Cujus generis est ἄαπτος apud poetas. Sed vereor ne ista subtilius persequi sit infinitum. A

A est στερητικὸν in multis etiam verbis, sed ita ut prius præfixum fuerit nominibus unde fiunt. Exemplo sunt, Ἀδοξῶ, Ἀπορῶ, Ἀχαριστῶ, Ἀγνωμονῶ: necnon passivæ horum voces Ἀδοξοῦμαι, Ἀποροῦμαι, Ἀγνωμονοῦμαι (omitto Ἀκοσμοῦμαι, quod nullum ejus usum extare existimem), præcedentibus nominibus Ἄδοξος, Ἄπορος, Ἀχάριστος, Ἀγνώμων. Nonnunquam compositis etiam verbis præfigitur, veluti in Ἀναξιοπαθῶ, quod fit ex Ἀνάξιος. Sed de hoc admonendus mihi est lector, contingere nonnunquam ut verbum nominis significationem non sequatur. Ecce enim Ἄβουλος, quod consilio carentem seu inconsultum ac minime circumspectum significat: at ecce Ἀβουλῶ, quo declaratur Nolo non semel a Platone, itidemque a Demosthene, (p. 1471. 19. ed. Reisk., Οὔθ' ὑμᾶς ἐνόμιζον ἀβουλεῖν με ἔξω προπηλακισμοῦ γενέσθαι, Vosmet ipsos quoque suspicabar non nolle, i. e. velle, me a contumelia intactum manere.) Cujus auctoritas facit ut eo magis Suidæ fides derogetur, scribenti, Ἀβουλεῖν· μὴ βουλεύεσθαι, ἢ μὴ βούλεσθαι, Πλάτων. In iis certe exemplis quæ ex hoc scriptore depromta invenies, aliisque aliquot quæ depromi possunt, non illam, sed hanc significationem aperte obtinet. Ceterum quum talia sint verba quibus α στερητικὸν præfigitur, ex nominibus præfixum itidem illud habentibus facta, non possum quin valde mirer participium ἀμορφωθέντος, quod apud Eustathium legitur. Esse enim verbi * ἀμορφοῦμαι,' clarum est: at quo exemplo id dictum fuerit aut dici potuerit, cogitare nequeo. Nam si ex ἄμορφος verbum ἀμορφῶ, præcedat enim hæc vox activa passivam illam ἀμορφοῦμαι necesse est, facere possumus, quidni vicissim εὐμορφόω ex εὔμορφος, quidni et alia ex aliis itidem facere licebit? Si tamen Eustathium aliquis non sine exemplo vocem illam usurpasse existimat, eam et ipse usurpare non dubitet: sed ego crediderim potius eum hic, quod et aliis plerisque locis, in vocabulis etiam contra analogiam fingendis sibi permisisse. B C

A geminatum in quorumdam nominum principio, στερητικὸν est in posteriore loco, quum in priore significationi vim addat. Cujus usus exemplum proferam ubi de α, quod ἐπιτατικὸν appellatur, disseram. D

A in ἄκοιτις quoque et in ἄλοχος est στερητικὸν, si Porphyrio credimus: quum pro ὁμοῦ in vocibus illis poni vulgo credatur. Qua de re plura dicam infra.

A non omnino στερητικὸν, et ex toto, ut ita dicam, sed ex parte duntaxat esse censetur in quibusdam vocabulis: utpote in quibus ὀλίγον significet, sicut in nomine ἀμαθὴς. Hoc enim interdum sonare ὀλιγομαθὴς testatur etiam Eustath. (ad Il. E. p. 554. 43.) Atque ita ἀμαθὴς non solum erit Indoctus, sed interdum Parum doctus. Idem (l. c.) ἀκέφαλον eodem modo pro * βραχυκέφαλον dictum testatur.

Tale est et α quod μικρὸν indicat: ut ἀφνὴς dicitur interdum sonare * μικροφυὴς, (Eustath. ad Il. Π. p. 1061. 1.) Ad hunc autem locum pertinere mihi videtur et illud α, quod significationem particulæ δυς obtinere existimatur: ut in ἄβατος, pro δύσβατος, et ἀπέρατος pro δυσπέρατος, item ἀδάμας quasi δυσδάμαστος, si scholiastæ Hesiodi (J. Tzetzæ in Scutum Herculis v. 137.) credimus. Ad ἄβατος quidem quod attinet, sicut quum proprie Inaccessus significet, sonat interdum Accessu difficilis: ita etiam Latine Avius locus, quum proprie sit Ad quem nulla est via, interdum de illo dicitur ad quem difficilis patet via.

A in una eademque voce interdum στερητικὸν est, interdum κακὸν significat: ut docebo in nomine ἀκερδὴς.

A ὑπερστερητικὸν, non simpliciter στερητικὸν, vocatur a grammaticis in voce ἀάατος. Homer. Il. Ξ. (v. 271.) Ἄγμει νῦν μοι ὕμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ: in quem locum hæc Eustath. (p. 985. 16. et ad Il. E. p. 618. 39.) annotat, Vocabulum ἀάατον tribus α profertur, quorum duo sunt στερητικά: ideoque ὑπερστερητικὸν vocatur ab antiquis, tanquam geminans στέρησιν. Est autem secundum, στερητικὸν vocis ἄτη: at primum hanc στέρησιν tollit. Unde ἀάατον est τὸ μὴ στεροῦν ἄτης τοὺς ἐπιόρκους, sed quod maxime causam affert ἄτης. Tale est Ἀνάπηρος, et in Odyssea (Λ. v. 273.) Ἀνάπυστα. Nam Ἄπηρος est ὁ μὴ ἔχων πήρωσιν: at vero Ἀνάπηρος dicitur ὁ ἐστερημένος τῆς τοιαύτης στερήσεως. Itidemque Ἄπυστος est ὁ στερηθεὶς τοῦ ἀκουσθῆναι: at Ἀνάπυστος est ὁ ἀκουσθεὶς, nimirum στερηθεὶς τῆς τοῦ ἀπύστου στερήσεως. Observa autem obiter usum hujus NOMINIS Ὑπερστερητικὸν, quo fuisse appellatum vocabulum illud ἀάατον innuere videtur Eustath. quum dicit geminare στέρησιν: sed α quod στέρησιν tollit, merito dicetur ὑπερστερητικὸν, tanquam sua στερήσει illam στέρησιν transcendens et exsuperans.

Hactenus de α privandi vim habente. Quot enim modis eam obtineat, multo hic a me exactius et fusius quam alibi usquam traditum habes. Duo his addenda sunt, de spiritu nimirum quem accipit, quum hoc officio fungitur, itemque de quantitate ejus syllabica. Sciendum est igitur α στερητικὸν tenuem spiritum accipere, ut videre est in præcedentibus ἄσοφος, ἄλυτος, ἄτρεπτος, aliisque infinitis: sed duo a grammaticis excipi, videlicet ᾅδης et ἄλυσις: nam et quod his duobus nominibus præfixum est α, volunt esse στερητικὸν, licet non ita præfigatur ut in præcedentibus, sed majori cum mutatione. Sed considerandum est, ex nomine POETICO Ἀΐδης factum esse hoc ᾅδης, in quo ἀΐδης manifestior est illius α στερητικοῦ usus, præfixi videlicet verbo ἰδεῖν, quod est videre; quoniam illo nomine Orcus, qui locus est noctis profundæ Maroni, vocatique tenebrosus ac niger a ceteris poetis consuevit, significatur. Verum de hac derivatione quidam grammatici certant, et adhuc sub judice lis est. Placet enim quibusdam ab ᾅδω deductum esse, per antiphrasin, hunc locum, quem Latini Orcum appellant: sicut ETIAM Χάρων, qui janitor, necnon portitor Orci a Virgilio vocatur, per antiphrasin nomine isto donatus fuit. Sunt vero et qui ab ἄω factum esse contendant: sed hanc deductionem sequendo, eandem spiritus mutationem fateri necesse foret. Quam certe et ipse admitto, illi a verbo ἰδεῖν deductioni ut aliis simpliciori acquiescens. Alterius autem nominis Ἄλυσις deductionem minus controversam esse puto, a verbo λῦσαι videlicet, seu verbali ejus λύσις, præfixo α illo privativo: ut videlicet catena dicta sit ἄλυσις, ex eo quod constrictum aliquem teneat ita ut solvi non possit. Nunc quod ad quantitatem syllabicam hujus α στερητικοῦ attinet, corripi certe ipsum multi passim poetarum loci ostendunt: sed annotatur excipien-

* Vocabulum hocce, quod Schneiderus post Hedericum prætermisit, in Indice Thesauri non legitur.

dum esse ἀθάνατος,[1] quippe quod metri gratia, vel potius, ut metrum heroicum ingredi possit, productam primam habet. Huic autem addo ἀκάματος[2] et ἀνέφελος, (Hom. Odyss. Z. v. 45., Πέπταται ἀνέφελος,[3] λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη. Cf. Soph. Electr. 1246.) de quibus idem plane dicendum est. Sed pro ἀνέφελος quibusdam ἀννέφελος ad producendum a scribere placuit.

A Est contra ἐπιτατικὸν in quibusdam vocabulis: quod sonat quasi dicas intensivum: i. e., intendens significationem vocis cui præfigitur, et vim ei addens. Hoc porro fit interdum magnitudinem, interdum multitudinem denotando: i. e., significando τὸ μέγα, vel τὸ πολὺ, ut grammatici loquuntur. Magnitudinem denotare existimat Hesych. in voce Ἀχανὲς, quum dicitur ἀχανὲς πέλαγος:[4] multitudinem in Ἄξυλος, quum ὕλη appellatur ἄξυλος. Sic NOMEN Ἀχύνετον vult Nicandri Scholiastes esse πολύχυτον, quod a sit ἐπιτατικόν: in isto Nicandri versu, (Alexiph. 174.) Πῦρ μὲν ἀείζοον καὶ ἀχύνετον ἔτρεσεν ὕδωρ Ἀργέσται. Quam expositionem habet B et unum ex meis vet. Lexicis.[5] Est autem πολύχυτον, Per multum spatium fusum, Late fusum. Ap. Hesych. extat eadem illa vox ἀχύνετον, exposita πολύν: sed non dubito quin potius et ipse scriptum reliquerit πολύχυτον.[6] Saltem πολὺν in πολὺ mutandum fuerit, ut huic Nicandri loco convenire possit. Itidem ap. Apoll. Rhodium Schol. (ad Lib. iii. 805.) ἀστεγὲς (ἀσταγὲς) scribit habere a ἐπιτατικὸν, et significare πολυστεγὲς, (πολυσταγές).[7] Jam vero et in ἀφρόντιστος apud Theocritum, (x. 20.) a denotat ἐπίτασιν, si ejus enarratori credimus, valetque ἀφρόντιστος idem quod πολυφρόντιστος. Itidem ἄβιος ap. Antiphontem est ὁ πολὺν βίον κεκτημένος, ut tradit Harpocration.[8] Quæ et Suidas habet, ex eo sumta. Idem vero et in illo ἀχανὲς vult a hunc ipsum usum habere; exponit enim τὸ ἐπὶ πολὺ κεχηνὸς, quæ expositio et apud alios invenitur; quum tamen Hesych. ut supra docui, tradens a nonnunquam denotare τὸ μέγα, in exemplum afferat hoc vocabulum. Verum eodem res redit, quum τὸ ἐπὶ πολὺ κεχηνὸς, esse μέγα necesse sit. Quod autem ad ἄξυλος attinet, junctum cum nomine ὕλη ap. Homerum, (Il. Λ. 155. Ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ), quamvis Harpocration, dicens ἄβιον esse τὸν πολὺν βίον κεκτημένον, addat, tale esse quale est ἄξυλος ὕλη ap. Homerum pro * πολύξυλος, quamvis item Scholiastes Apollonii ἀστεγὲς (ἀσταγὲς) esse dicat pro πολυστεγὲς (πολυσταγὲς), sicut ἄξυλος pro πολύξυλος, quamvis denique alii quoque Scholiastæ ἐπιτατικοῦ a mentionem facientes, hoc ἄξυλος, tanquam et pervulgatum et minime dubium ejus significationis exemplum afferant; aliam tamen huic vocabulo significationem quosdam tribuisse sciendum est: et in eorum numero esse Porphyrium, ut docebo suo loco, i. e., inter vocabula quæ ex nomine ξύλον per compositionem sunt facta.[9]

[1] "Prima in ἀθάνατος semper est longa, tam in Dramaticis, quam Epicis Poetis. Splendide igitur erravit Brunckius, quum contra Codd. MSS. auctoritatem, corrigendos putarit versus Aristophanis, Ran. 629. Av. 1224. Acharn. 33. Cur non eandem tuedelam adferre voluit ad Acharn. 47. et Thesmoph. 1052.? Confer Porsonum ad Phœn. 139, 140." Maltbius ad Morelli Lex. Gr. Prosod. p. 24.

[2] Draco de Metris p. 11.: Ἀθάνατος, τὸ ᾱ μακρὸν τῆς στερήσεως τὸ ᾱ ἀεὶ ἐν συστολῇ παραλαμβάνεται πλὴν τούτων ἀθάνατος, ἀκάματος. Idem p. 120.: Ἀθάνατος δὲ, καὶ ἀτάλαμος, καὶ ἀκάματος ἐκτείνουσι τὸ ᾱ διὰ τὰς ἐπαλλήλους τέσσαρας βραχείας, αἵτινες οὐ πίπτουσιν εἰς ᾠωϊκὸν μέτρον. "Antepenultima vocis ἄληκτος brevis esse debet; sed nullum alium locum apud Poetas offendi, in quo v. occurrit, præter ista a Morello et a me adducta" (nempe Soph. Trachin. 986. et Hom. Od. M. 325. Il. I. 632., quibus exemplis adde Il. B. 452. Λ. 12. Ξ. 152.) "In his omnibus a producitur, vi liquidæ sequentis." Maltbius l. c. p. 53. "In vocum quarundam plusquam trisyllabarum pede priori apud Græcos, præsertim cum syllabæ primæ vocalis sit ᾰ vel ῐ, adeo parum in pronunciando tribrachyn inter dactylumque interest, ut uterque potuerit legitime usurpari. Scilicet in voce, ἀθάνατος, ἀκάματος, ἀκονίεσθαι, ἀγοράσθε, Πριαμίδης, et similibus." Clark. ad Il. A. 398. Cf. Hermanni Elem. Doctr. Metr. p. 43. ed. nov.

[3] "Ἀννέφελος. Aristoteles Lib. de Mundo cap. 6. legit ἀνέφελος, quod et ferri posset. Vide ad Il. A. v. 398. (l. c.)" Clark. "Sic olim in Codd. scriptum fuisse, dubitationem non habet. Sed pronunciando tamen duplicata est littera. Quanquam Eustathius primam etiam produci posse ait, ut in ἀθάνατος, ἀκάματος." Ernesti.

[4] Ex Aristoph. Πολυείδῳ. Suidas: Ἔρημον ἐμβλέπειν, ἀκίνητον καὶ πυθρόν οἷον, ὅταν εἰς ἐρημίαν ἢ πέλαγος μέγα καὶ ἀχανὲς ἐμβλέπωμεν Ἀριστοφάνης Πολυείδῳ. Cf. Zenob. Proverb. ix. 9. Idem articulus extat in Etym. M. p. 373. 17. ed. Sylburg., ubi male editur βλέπωμεν pro ἐμβλέπωμεν. Zonaras p. 363.: Ἀχανὲς πέλαγος· τὸ λίαν κεχηνός.

[5] "In Etym. M. p. 619. 10., pro Οἰσκώτη, ἀκλῆ προβάτου, legendum videtur κάκρος προβάτου, tametsi etiam propugnat MS. Codex Leidensis, quem innuit Veteris sui Lexici appellatione H. Stephanus in Thes. Gr. Ling. T. ii. p. 1250. c." Kœn. ad Gregor. Cor. p. 543. "Secundum Valckenaerium ad Ammonium p. 128. H. Stephanus per Vetus Lexicon suum interdum etiam Ammonium intelligit. Causa hæc est, quod Etymologicum Leidense, pariter ut Sorbonicum et Parasiuum, plurimos Ammonii articulos complectitur." Bast. l. c.

[6] In Cod. Ven., teste Schow, scribitur πολὶν, ut vulgo editur. Hesych.: Νήχυτον πολύ. "An in πολὺ utroque loco subintelligendum χυτὸν, ut passim apud Hesych.? Sed rem non urgeo." Albertius. "Ἀχητὸν Hesych. affert pro δαψιλὲς, ἄφατον, "πολὺ, ἄφθονον." H. St. Thes. Ind. "Ἀχητὸν est pro ἀχύνετον, ut censent Is. Voss. et Kust." Albertius. Zonaras p. 364.: Ἀχύνετον· πολύχυτον. Schol. Apollon. R. iii. 530.: Νήχυτον ὕδωρ· τὸ πολύχυτον. τὸ γὰρ νη καὶ στέρησιν σημαίνει καὶ ἐπίτασιν. Καὶ ἀχύνετον ὕδωρ, τὸ πολὺ κατὰ Ἴωνας καὶ Σικελιώτας. Διονύσιος· Πλαζομέναις ἵνα λύσσαν ἀχύνεταν ἧκα βαλοῦσα. Etym. M. p. 183. 7. ed. Sylburg.: Ἀχύνετον σημαίνει τὸ πολύ. Νίκανδρος, ἔνθα, Πῦρ μὲν ἀείζοον καὶ ἀχύνετον ἔτρεσεν ὕδωρ· τὸ πολύχυτον καὶ πολὺ ἀεῖζεσαν πῦρ, εὐλαβεῖται τὸ ὕδωρ· ἀπηλίκων γὰρ ἐὰν ᾖ, σβέννυσι τὸ ὕδωρ. ἐγράφη δὲ τὸ ᾰ κατ' ἐπίτασιν, ὡς ἄξυλος. ἀπὸ τοῦ χέω, χύω, χύνω, * χύνετον, καὶ ἀχύνετον.

[7] In Schol. Cod. Paris. nuper a Schæfero edit. est: Τὸ δὲ ἀστεγὲς, ἀντὶ τοῦ πολυστεγῶς· τὸ γὰρ ᾰ ἐπιτατικὸν, ὡς τὸ ἄξυλος ὕλη. "Adjiendum Lexicis dicerem, nisi corrigendum esse videretur * πολυσταγῶς, quo adverbio Lexica perinde carent." Schæfer. "Ab Hesychio ἀσταγὲς redditur πολὺ καὶ λάβρον, quodque Suidas in Epigr. legit, Ἀσταγὶς ὕδωρ interpretatur per τὸ πολυσταγές. Ex Nicandri Ther. v. 308. Ἀσταγὶς αἷμα protulit ad Suidam Kusterus, qui restituit Apollonio R. iii. 804.—(δάκρυα) δ' ἔβρυον ἀσταγὶς, noveratque id ipsum dudum ante monitum a Casaubono in Lectt. Theocr. p. 269. Hujus immemor, ut suum, quale erat, dedit id ipsum Jan. Rutgers. V. L. i. 3." Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 228.

[8] "Hinc illud alii sumserunt. Hesych.: Ἄβιος· πλούσιος, ὡς Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας α'. Sic legendum, vel β', probabilis est Maussaci conjectura." Valcken. ad Theocriti Adoniaz. p. 215. In Cod. Ven., teste Schow, est: Ἄβιος· πλ. ὡς Ἀντιφῶν ἐν θ ἀλή. Pro πλούσιος Henrico Valesio legendum videtur * πολύβιος, e Glossis Herodoteis, in quibus est: Ἄβιος· ὁ πολύβιος, ὡς ἄξυλος ὁ * πολύξυλος. At Antiphontem voc. Ἄβιον usurpasse non pro πολύβιον, i. e. longævum, sed pro πλούσιον, patet ex Harpocrationis verbis: Ἄβιος· τὸν ἄβιον Ἀντιφῶν ἐπὶ τοῦ (sic dedit Aldus e Codd.) πολὺν βίον κεκτημένου ἔταξεν, ὥσπερ Ὅμηρος ἄξυλον ὕλην λέγει τὴν πολύξυλον, i. e. Pro illo, qui multas opes possidet. "Sophistam Antiphontem verbis et nominibus novam sæpe vim indidisse significandi adparebit Harpocrationem conferenti in vocibus, Ἀγνεύετε τὴν πόλιν, Ἀνδρεία, Ἀναθῆ, Ἀχαριστεῖν, Δεήσεις, Ἔμβιος, et Ἐπαλλάξεις." Valcken. l. c.

[1] Cum aspero legitur in Cod. Ven., teste Schowio, Ἅ πάντα συναγείρας. Suidæ locus, (qui deest in Editione Mediolanensi et in 3 Codd. Parisiensibus, unde recte collegit Kusterus cum a recentioribus Suidæ adsutum fuisse), pene integer descriptus est e Platonis Scholiasta p. 134., apud quem legitur, Ἅ πάντων ἵνα γῆρας. At in Siebenkeesii Anecdotis Græcis p. 72., pro πάντως, est πάντων. "Hesych.: Τὸ ἆ περισπασθὲν δηλοῖ εἴθε, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, Ἅ πάντα συνάγειρας. Aiunt alibi exstare ad hunc modum, Ἅ πάντως ἵνα γῆρας. Manca est sententia, neque quidquam ex his certo constitui potest." Bentleius. "Verba hæc Callimachi," inquit Pergerus ad Hesych., "ex ejus Choliambis, Etymologistæ laudatis, Hesychium depromsisse puto: leg., Ἅ πάντα σὺν ἄγειραι, Utinam suem plaga circumdares omnem!" "At hæc," addit Albertius, "nimis quæsita videntur, ut et quæ Portus ad Suidam notavit." Toupius, Emendd. T. iv. p. 187.: "Lego πάντας, ob versum." Photius in Lexico ad Callimachi locum nos remittit, sed vellemus versum ipsum citasset: Ἅ, τὸ ἄλφα περισπασθὲν δηλοῖ τὸ εἴθε· οὕτως γὰρ Καλλίμαχος κέχρηται.

[2] Locus ille Suidæ, ut supra monuimus, depromtus est e Platonis Scholiasta, apud quem legitur, εἰ δὲ ψιλωθείη περισπασθὲν, τὸ νῦν σημαίνει, ὡς ἐν Εὔκλου τοῦ χρησμολόγου ποιήμασι, et sic apud Phavorinum quoque, non ποιήματι, ut Suidæ editiones exhibent. At in Siebenkeesii Anecdotis Græcis p. 72. exstat ποιήματι, non ποιήμασι.

[3] Verba καὶ ψιλῶς in Platonis Scholiasta l. c. non leguntur. Porro verba ista, βραχέως δὲ καὶ ψιλῶς σημαίνει ἀπόφασιν ἀρνητικὴν, H. Stephano suspecta, in eodem Scholiasta totidem verbis exstant.

[4] Archilochi verba in Platonis Scholiasta sic exhibentur, Ἅ ἓαδ' εἰς τε ταύρους. In Siebenkeesii Anecdotis Græcis, p. 72., pro ταύρους, est ταύροις. Teste H. Stephano, pro ἓα δ', in Phavorino legitur ἓαδ'. At in Editione Basileensi 1538., quæ nobis hæc scribentibus sit ad manum, est, ἓα δ'. Sic in Phavorino scriptum legerat Kusterus, ut patet e nota ad Suidam, non δ' ἓα, ut Gaisfordius ad Archilochi Fragmenta p. 318., Kusterum citans, falso tradit. "Ἅ δέκα ταύρους," (ut in Suida legitur), "quid sibi velit, ignoro: id video, δ' εἰς τε prodiisse ex eodem compendio, quo δέκα significaretur," Bastius ad Gregor. Cor. p. 245. quem vide. (Obiter monemus, typographum ibi Schæfero, non Bastio, ut debuerat, notam illam tribuisse.) "Ἅ interjectio vel exclamatio esse videtur admirantis vel magnitudinem, vel multitudinem rei.—Suidæ lectio, Ἅ δέκα ταύρους, 'Ah decem tauros!' quæ saltem sensum qualemcunque admittit, præferenda cuique videbitur." Ign. Liebelius ad Archilochi Reliquias p. 223., cujus sententiam calculo nostro comprobare non dubitamus. Archilochum enim locutum fuisse de magnitudine et multitudine rei, testantur Scholiastes Platonicus, Suidas, et Phavorinus, Σημαίνει δὲ καὶ τὸ πολὺ καὶ μέγα παρ' Ἀρχιλόχῳ. At, nisi, cum Suida, legas δέκα, nullum multitudinis indicium invenias.

[5] Verba, ὡς παρὰ Πλάτωνι, satis aperte indicant, Phavorinum e Scholiis in Platonem glossam suam depromsisse; nam in Scholiis illis p. 134. sic legitur: Τά, τε (τότε in Siebenkeesii Anecd. Gr. p. 72.) ἐν ἴσῳ τῷ ναὶ, καὶ εἴθε, καὶ ἔτι σχετλιαστικὸν ἀντὶ τοῦ φεῦ ἐπιῤῥήματος, ὡς ἐνταῦθα. Similiter idem Phavorinus, Galeni Glossas Hippocrateas describens, fere semper de suo addit verba, παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Galenus: Σησαμὶς· τῆς σησαμίδος ὀνομαζομένης. In Lexico Vocum Peregrinarum (vide nos supra ad v. Σησαμὶς) monuimus e vet. Cod. MS. legendum esse, Σησάμης· τῆς οὕτω δὴ ὀνομαζομένης. Phavorinus: Σησαμὶς (leg. Σησάμη)· ἡ οὕτω δὴ καλουμένη παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Galenus: Ἀρὶς οὐ μόνον τὸ ὄργανον, ἀλλὰ καὶ βοτάνη τις οὕτως ὀνομάζεται. Phavorinus: Ἀρὶς οὐ μόνον τὸ ὄργανον, ἀλλὰ καὶ βοτάνη τις, οὕτω καλουμένη παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Sed hic Galeni sensum pervertit; Medicus enim hoc sibi vult, ἀρίδα, præter significationem instrumenti chirurgici, cujus meminit Hippocrates, aliquando dici de herba quadam, cujus non meminit Hippocrates. Vide nos supra in Lexico Vocum Peregrinarum ad v. Ἄρον.

delectu: ut videmus statim initio sui operis, post illa quæ de etymologia nominis Ἄλφα traduntur, quæ ex Etymologo sumta sunt, quædam de literæ hujus significationibus afferre, quæ ex Moschopulo petita esse constat, et ejusmodi sunt ut vix alio quam Moschopulo digna videri possint: utpote quibus immixta sint quædam, quæ si propius intueamur, fide indigna esse comperiemus. Volens enim ille sive grammaticulus sive grammatista de suo quoque aliquid addere iis quæ apud alios de illis significationibus leguntur, nonnulla dixit quæ veteres grammatici non negarent solum, ut opinor, sed riderent etiam. Cujusmodi est quod de *ἀνίσχει* tradit, nimirum poetice significare *ἅμα ἴσχει*. Mihi certe tam ridiculum visum est hoc exemplum istius significationis literæ *a* proponere, ut prætermittendum potius censuerim. Quæ igitur habet Varinus, ex aliis habet, uti dixi, et quidem sine delectu ex quolibet collecta. Quod si quid de suo adjecit, raro id fecit: et qualecunque illud est, alio potius quam ad expositionem significationis alicujus pertinere comperietur. Illis quidem certe quæ a Suida scribuntur de usu voculæ ἆ apud Agathiam, videmus adjecta quædam apud hunc esse, quæ de suo illum attulisse, aliaque hujusmodi alibi, credibile est. Ut autem hæc illius esse credam, facit quod annotat pro hoc versu, Ἅ *μέγα τολμήεις κηρὸς ἀνεπλάσατο*, in aliis scriptum esse, Ἁ *μέγα νηλειὴς ἔσβεσεν ἀγλαΐην*: quam tamen scripturam non videri posse locum alterius obtinere, docui supra. Sed de his hactenus. Quod autem ad illam significationem particulæ ἆ attinet, cujus postremo loco facta fuit mentio, et quam a Platone usurpari dictum est, convenit certe cum ea quam habet apud Homerum eadem hæc vocula cum illis nominativis *δειλὲ* et *δειλοί*: cujus multa exempla protuli antea.

Ἅ adverbium quidam in VOCAB. Ἀβάλε, quod itidem adverbium est, significans Utinam, inclusum esse existimant. Ut enim imperativi *ἄγε* et *φέρε* in adverbia transeunt, sic *βάλε* imperativum verbi *βάλλω* transire in adverbium *σχετλιαστικὸν*, et significare *φεῦ*, Heu. Ei autem addi postea ἆ, quasi increpandi et admirandi adverbium, ut in ἆ *δειλέ*. Sed ego nihil tale apud ullum ex veteribus grammaticis reperio. (Vide nos infra.) Ac fortassis ut hanc voculam adverbio isto inclusam dicerent, eos movit quod produci primam ejus syllabam viderent: ut Epigr. l. i. p. 73., meæ editionis, (Æmiliani Epigr. iii.) Ἀβάλε *χειμερίου με κατέκλυσε κύματα πόντου*. Sic quoque in principio alius cujusdam Epigrammatis, Ἀβάλε *μηδ' ἐγένοντο γάμοι*. Id autem Epigramma Agathiæ est, si bene memini, (n. lxxviii. in Jacobsii Anthol. Gr. T. iv. p. 33. Epigramma incerti Poetæ n. cccxcvi., Ἀβάλε *μήτε σε κεῖνος ἰδεῖν, μήτ' αὐτὸς ἀνεῖναι Τρίτων Αἰγαίου νῶτον ὑπὲρ * πελάγευς.*) Quod si ita est, facile crediderim hunc versum esse illum ipsum quem Suidas protulerat; gaudet enim exemplis ex Agathia petitis; quum dixisset ἀβάλε significare εἴθε. Apud eum enim ita legitur, Ἀβάλε, εἴθε, ἀβάλε. Quod posterius ἀβάλε esse initium vel hujus vel alius versus, quem ille in exemplum afferre voluerit, omnino persuasum habeo.[1] Productio inquam illa primæ syllabæ in ἀβάλε ad comminiscendam hanc deductionem illos fortassis impulerit: sed etiamsi dicamus in ἀβάλε esse *a* ἐπιτατικὸν, exemplo ea productio non carebit. Eustathius tamen tradens *a* corripi ante *β*, addit *σεσημειῶσθαι* hoc ἀβάλε, (ad Il. Ω. p. 1353. 39., Ἕτεροι δὲ παρὰ τὸ ῥαπίζειν λέγοντες ῥάβδον γίνεσθαι, φασὶ καὶ ὅτι τὸ ᾰ πρὸ τοῦ β̄ συστέλλεσθαι θέλει, ἀβρὸς, Ἄβδηρος,[2] ἀβαρβαραία, ἐπιγράβδην. Οὕτως οὖν φασι καὶ ῥάβδος. *Σεσημείωται τὸ ἀβάλε.*)

" Βάλε Jace: imper. aor. 2. a *βάλλω*. Transit " idem imperativus, ut ἄγε quoque, in adverbium " *σχετλιαστικὸν*, idem significans quod *φεῦ*: ut *βάλε* " *βάλε κήρυκος φωνήν*. Idipsum et Ἀβάλε dicitur, " per compositionem ex ἆ et *βάλε*: quorum utrum- " que *σχετλιαστικὸν* est, et unum idemque signifi- " cat, nimirum *φεῦ*, ut tradit Etymol. et Lex. meum " vet.: sed in hoc *βάλλε* scriptum, in illo *βάλε*, " ut apud Suid. quoque, qui pro *εἴθε*, i. e. utinam, " usurpari innuit."[3] H. St. Thes. Ind. [Hesych.: Βάλε· *ῥίψαι* (*ῥίψον*) ἢ ὄφελον. Aleman apud Antigonum Caryst. Hist. Mirab. c. xxvii. p. 26., Οὔ μ' *ἔτι, παρθενικαὶ μελιγάρυες ἱερόφωνοι, Γυῖα φέρειν δύνανται, βάλε δὴ, βάλε κηρύλος εἶην*. Etym. M. p. 186. 36.: Βάλε· *ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἄγε προστακτικοῦ ῥήματος μεταπίθεται καὶ γίνεται ἐπίῤῥημα παρακελεύσεως* (Cod. Par. 2654. *παρακελευστικὸν*, teste Bastio ad Gregor. Cor. p. 929.), *ἄγε· οἷον, Ἄγε δή μοι ὦ μοῦσα· καὶ ἀπὸ τοῦ φέρε προστακτικοῦ ῥήματος* (Cod. 2654. addit, *γίνεται ἐπίῤῥημα*) *φέρε· οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ἔβαλον, ἔβαλες, ἔβαλε· οὗ τὸ προστακτικὸν, βάλε· μεταπιθέμενον γίνεται σχετλιαστικὸν ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ φεῦ· οἷον, Βάλε, βάλε κῆρυξ φωνήν· τοῦτο πλεονασμῷ τοῦ ᾱ, ἀντὶ σχετλιαστικοῦ ὄντος ἐπιῤῥήματος, ὡς παρὰ τῷ ποιητῇ, ἆ δειλὲ, γίνεται ἀβάλε. Ἀμφότερα μίαν σημασίαν ἔχουσι, τὸ ἆ καὶ τὸ βάλε. Ἔστι δὲ ἰδίᾳ ἆ, καὶ ἰδίᾳ τὸ βάλε, καὶ ἐν συνθέσει τὸ ἀβάλε, καὶ κατὰ ἀφαίρεσιν, βάλε*. Idem articulus exstat in Phavorino, ex Etymologo facile corrigendo. Pro verbis, Βάλε, *βάλε κῆρυξ φωνήν*, (quæ et in Phavorino sic exhibentur,) pro quibus Stephanus Noster reposuit, Βάλε *βάλε κήρυκος φωνήν*, legendum est, ut vidit Bastius ad Gregor. Cor. p. 929., Βάλε, *βάλε κηρύλος εἶην*, quod e versu Alcmanis apud Antigon. Caryst. c. 27. depromtum est. Aristoph. Av. v. 300., *Κειρύλος γάρ ἐστιν ὄρνις*; ubi Schol. et post eum Suidas, *Εὐφρόνιός φησι τοὺς Δωριεῖς λέγειν*. Βάλλε δὲ βάλλε (leg. Βάλε δή, *βάλε*) *κηρύλος εἶην*. *Τοὺς δὲ Ἀττικοὺς, κειρύλον. Φησὶ δὲ Δίδυμος, τὸ κατὰ φύσιν ὄνομα κειρύλος λέγεσθαι. Ἀντίγονος δέ φησι τοὺς ἄρσενας τῶν ἀλκυόνων κηρύλους λέγεσθαι, οὓς γηράσκοντας αἱ θήλειαι βασάζουσι τοῖς πτεροῖς*. Dionysii Thracis Grammatica, in Bekkeri Anecdotis Græcis T. ii. p. 642., *Τὰ δὲ εὐχῆς σημαντικὰ, οἷον εἴθε, αἴθε, ἄβαλε*. Stephani Scholia ibid. p. 946.: *Εὐχῆς λέγονται σημαντικὰ ταῦτα, οὐχ ὅτι αὐτὰ λέγων τις εὐχὴν ποιεῖται, ἀλλ' ἐπειδὴ, εὐχόμενοί τι γενέσθαι ἡμῖν, τούτοις χρώμεθα τοῖς μορίοις. Τούτοις δὲ καὶ τὸ ὄφελες κατέταξάν τινες.—Τὸ δὲ ἄβαλε δύο μέρη λόγου ἐστὶν, ἐκ παραλλήλου κείμενα· εὑρίσκεται δὲ καὶ βάλε λεγόμενον· Βάλε δὴ βάλε κηρύλος εἶην, Ἀλκμάν. Τινὲς δὲ ἓν μέρος λόγου ὑφ' ἓν ἀνηγινώσκουσιν*. Ad Alcmanis versus apud Antigonum Caryst. l. c. Xylander dicit notata fuisse in margine: Βάλε· *κατ' ἀποκοπὴν τοῦ α, ἀρκτικοῦ στοιχείου· ἔστι γὰρ τὸ ὅλον Ἀβάλε, σημαντικὸν εὐχῆς ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ ὄφελον, εἴθε, αἴθε.*

[1] " Lego, Ἀβάλε, *εἴθε*, ἆ *βάλε*: nihili enim sunt, quæ hic Portus attulit. Βάλε per se utinam significat, quod et ἆ: ipse Suidas, Βάλε, *εἴη, εἴθε μοι*, [de hac glossa vide nos infra], et Hesych. Βάλε· *ὄφελόν*. Lege, *ὄφελον*." Pearsonus ap. Kusterum ad Suidæ locum. " Hesych. Ἄβαλε· *εἴθε*. Forsan, Ἅ *βάλε*, quamvis Aleman ap. Antigonum Caryst. p. 26. *βάλε* pro *εἴθε* utatur." Toupius Emendd. in Hesych. T. iv. p. 187. Saltem scribendum esset, ἆ *βάλε*, non ἆ *βάλε*, ut vir doctus vult.

[2] Idem articulus extat in Phavorino, (qui eum vel ex Eustathio vel e Philemonis Lex. Technol. v. *ῥάβδον* descripserat,) apud quem v. *ῥάβδον* scribitur, ut in Eustathii loco, Ἀβαρβαραία. Sic scribitur in Dracone Stratonicensi de Metris Poeticis p. 80. ubi eadem fere verba leguntur, nisi quod, pro Ἄβδηρος—*ἐπιγράβδην*, est Ἄβδηλος—*ἐπιγράδην*. Ἄβδηλος in Phavorino quoque exhibetur. Hermannus vero in Indice Rerum in Draconem reposuit *ἐπιγράβδην* et Ἀβαρβαρία. Hesych.: Ἀβαρβαλαῖαι· *νύμφαι*. F. l. Ἀβαρβαρεῖαι. Heins. et Salmasius corrigunt, Ἀβαρβαρέαι, e proxime sequenti glossa: Ἀβαρβαρὴ· *ὄνομα νύμφης*.

[3] Locus est: Βάλε· *βάλε, τὸ τρίτον*. Εἴη. Ἀντὶ τοῦ, *εἴθε μοι*. Sic legendum putat Kusterus: Βάλε· *ἀντὶ τοῦ ἴβαλε*. Τὸ *τρίτον πρόσωπον*. Καὶ *ἀντὶ τοῦ εἴη, εἴθε μοι*. Imo respexit Suidas ad Callimachi versum, quem nobis conservarunt Diomedis Scholia in Dionysii Thracis Grammaticam, in Bekkeri Anecdotis Græcis T. ii. p. 946.: Τὸ ᾱ *κατ' ἰδίαν ἐστὶν εὐκτικὸν ἐπίῤῥημα, ὡς τὸ αἴθε, καὶ τὸ βάλε ὁμοίως κατ' ἰδίαν ἐπίῤῥημα εὐκτικόν*· Βάλε *μοι βάλε τὸ τρίτον εἴη*, Καλλίμαχος. (Hoc fragmentum frustra quæsivimus in Ruhnkenii et Ernestii Auctario, ac Blomfieldii Spicilegio.) Suidæ locum sic restituendum censemus: Βάλε· Βάλε *μοι βάλε τὸ τρίτον εἴη*. Ἀντὶ τοῦ *εἴθε*.

Ceterum illud κῆρυξ in Etymologi loco forte e glossa marginali, quæ κηρύλος per κῆρυξ exponeret, in textum recepta, ortum habuerit, deinde librariorum oscitantia κῆρυξ locum τοῦ κῆνξ usurparit, et κῆρυξ semel admisso εἶην in φωνὴν mutatum fuerit, unde H. St. longius a vera lectione aberrans, reposuit, Βάλε βάλε κήρυκος φωνήν. Κῆνξ et κῆρυξ alibi confunduntur. Suidas: Κῆνξ· εἶδος ἱέρακος. "Sic reposui auctoritate MS. Paris. A. cujus loco autea male legebatur κῆρυξ." Kusterus.]

"'Αβαλ in Lex. meo Vet. dicitur esse adver-
" bium, factum ex ᾱ epitatico et βάλλω, abjecta ul-
" tima syllaba. Non tamen ulla ei ibi significatio
" tribuitur, sicut nec ap. Etymol. forsan igitur idem
" est cum sequente 'Αβάλε." H. St. Thes. Ind. [Etym. M. p. 1. 53.: "Αβαλ· ἐπίρρημα, παρὰ τὸ βάλλω, κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ λ̄ καὶ τοῦ ω̄, καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ ἄλφα, ἄβαλ καὶ ἄβελ, παρὰ τὸ ἀβάλε ἐπίρρημα, ὡς τὸ, 'Αβάλε σοι Στέφανε, εἰδωλολάτρησας.]

" 'Αβάλε Hesychio est ὄφελον, εἴθε, Utinam.
" Alioqui est etiam adverbium σχετλιαστικὸν, idem-
" que significare putatur quod φεῦ: ut in Epigr.
" (Æmiliani iii.) 'Αβάλε χειμερίου με κατέκλυσε κύματα
" πόντου. Et in Lex. meo vet. (et Etym. M. p. 1. 53.)
" ἀβάλε σοι Στέφανε, εἰδωλολάτρησας. Quidam et
" 'Αβάλαι scribunt: quomodo scriptum legitur et in
" posteriore Etymologici editione (p. 2. 54. 'Αβάλαι·
" ἐπίρρημα σχετλιαστικὸν, παρὰ τὸ βάλλω, καὶ μετὰ
" τοῦ ἐπιτατικοῦ ᾱ) et apud Varin. quodam in loco;
" sed eam scripturam non probo. (Zonaras,[1] p. 12.,
" 'Αβάλαι· ἀντὶ τοῦ φεῦ.) Ab Hesychio exponitur
" etiam ἀχρεῖον, inutile, ac si nomen adjecti-
" vum esset." H. St. Thes. Ind. [Illud ἀχρεῖον pertinet ad glossam sequentem: 'Αβάλη· ἀχρεῖον, Λάκωνες, οἱ δὲ νωθρόν. Hesych.: ' Βαλῆρα· ἀχρεῖα, ubi G. conjecit, Βαλῆρε· χαίρειν, valere.
" 'Αβάλε seriores dixerunt pro βάλε, utinam.
Illud usurpavit Callimachus Fragm. ccccIv." Jacobsius Animadvv. ad Anthol. Gr. T. ix. p. 301. Callimachi locum affert Ernestius e Scholiis MS. in Dionysii Thracis Grammaticam: Τὸ γὰρ αἴθε εἴθε φησὶν ὁ ποιητὴς, καὶ Καλλίμαχος· 'Αβάλλε μηδ' ἀβάλησαν. At in Bekkeri Anecdotis Græcis, ubi Scholia illa vulgantur, verba nondum invenimus. Blomfieldius scribendum putat, 'Α βάλε μηδ' ἀβάλησαν, 'Ah! utinam nunquam occurrissent,' ac si lectio 'Αβάλε falsa esset. Atqui ἀβάλε, pariter ac ἄ βάλε, pro utinam, Græcis scriptoribus in usu est, ut exempla supra adducta ostendunt. Callimacho tamen ἄ βάλε restitui vellemus, non solum quod vocem βάλε Poeta Cyrenæus alibi usurparit, Βάλε, μοι βάλε τὸ τρίτον εἴη, (quod fragmentum legitur in Diomedis Scholiis in Dionysii Thracis Grammaticam, apud Bekkeri Anecdota Græca T. ii. p. 946.) verum etiam quod ἀβάλε pro ἄ βάλε in nullo scriptore, qui circa Callimachi ætatem floruerit, reperiatur. Nusquam alibi adverbium ἀβάλε pro βάλε invenias, quam apud Æmilianum, Agathiam, et epigrammatographos ævi recentissimi. Lexicon Rhetorico-Sophisticum apud Bekkeri Anecdota Græca T. i. p. 321.: 'Αβάλε· εἴθε. Cyrilli Lex. MS. ap. Is. Voss. ad Hesych.: "Αβαλε· αἴθε, εἴθε, εὐχῆς σημαντικόν· ἔστι δὲ καὶ σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα. Toupius Emendd. in Hesych. T. iv. p. 185. et 187., Jacobsius l. c. et Schneiderus in Lexico scribunt "Αβαλε, et sic scriptum reperitur in Cyrilli Lex. MS., in Dionysii Thracis Grammatica, et in Stephani Scholiis in eund. Dionys. At in Hesychio, Suida, Phavorino, (vv. βάλε—ῥάβδον), Zonara (Codd. D. K.), Etym. M. (vv. ᾱβαλ, βάλε), Dracone Stratonicensi (p. 80. 15.) Regulis de Prosodia[2] ap. Hermanni Gr. Gram. (p. 445. 109.) et Philemone in Lex. Technol. v. ῥάβδον, est 'Αβάλε, ut scribit H. Stephanus.]

Λ A quoque interdum legimus, cum geminatione: sed quemadmodum quum unicum ponitur, non uno eodemque modo ubique scribitur: quin potius diverse etiam scriptum in diversis exemplaribus, unus idemque locus habet interdum, ut ex iis quæ proxime dicta fuerunt, satis liquet, ita quum geminatur, variam scripturam accipit. Siquidem cum circumflexo utrumque spiritum, nec minus cum acuto, qui in gravem mutatur propter orationis ἀκολουθίαν, admittit. Quum autem utrumque dico, nolim te ita intelligere quasi utrumlibet recipere possit, sed pro loco modo hunc modo illum admittere. Quatuor igitur modis scribitur hæc vocula in geminatione: videlicet ἄ vel ἄ̔: et ᾶ vel ᾶ̔: sed longe diversa significatione. De singulis autem eodem ordine dicam.

'Α 'Α adverbium efficiunt conveniens homini perterrefacto, vel perterrenti aut potius deterrenti. Aristoph. in Pluto, (v. 1052.) ἄ ἄ, τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερ'. Ubi ipsius poetæ Scholiastes ait esse adverbium ἐκπλήξεως et κελεύσεως: Suidas autem, qui multa passim habet quæ ex illo sumta esse manifestum est, adverbium μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως. Sed quomodo vim κελεύσεως, i. e. jubendi, vel παρακελεύσεως, i. e. adhortandi, habere possit isto præsertim loco, illi viderint. Multo convenientius, meo quidem judicio, fuisset appellare hic adverbium ἐφεκτικὸν, ut a Scholiaste Euripidis vocari docebo paulo post, i. e. cohibentis, seu reprimentis.[3] Nunc de scriptura hujus adverbii pauca. Sciendum est igitur hic scriptum esse ἄ ἄ cum circumflexo et tenui, non in ipso duntaxat Aristophanis contextu, sed in scholiis quoque. Quinetiam in ejusdem poetæ Vespis (v. 1379.) extare quendam locum, fortassis autem et alii alibi apud eundem inveniuntur, in quo eandem et significationem et scripturam habet: ἄ ἄ, τί μέλλεις ἁρᾶν; At Suidas ut de spiritu consentit, ita de accentu dissentit. Legitur enim apud eum, ἄ ἄ παρ' Ἀριστοφάνει, ἐπίρρημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως. Affertque illum ipsum ex Aristophanis Pluto locum, in quo itidem adverbium illud scribit. Ne autem hic suspecta sit nobis fides exemplarium ejus, prohibent ea quæ verbis Aristophanicis subjungit. Postquam enim dixit illud ἄ ἄ legendum esse κατὰ διαίρεσιν, non καθ' ἕνωσιν, quæ verba mox explicabo, et tenuari utrumque debere: addit, Si enim una pars orationis essent, non opus haberent duobus accentibus, nimirum duobus acutis. Hæc est de hujus adverbii accentu Suidæ sententia. Ex iis autem quæ dicit de hoc scribendo κατὰ διαίρεσιν, i. e. divisim, seu disjunctim, non καθ' ἕνωσιν, sive κατὰ σύναψιν, ut paulo post loquitur, i. e. non conjunctim: colligere nos posse arbitror fuisse quibus pla-

[1] " Codd. D. K. ἀβάλε, ut Hesych. et Suidas. Sed illud agnoscit Etymologus, et hoc loco præferendum putavi, quoniam est vere φεῦ, ἀβάλε autem εἴθε, ὄφελον, ut est etiam in Lex. MS. Coisl." Tittmann. Quid sibi velit vir doctus, nescimus. 'Αβάλε enim et ἀβάλαι ejusdem sunt originis, et recte exponuntur per φεῦ, εἴθε, et similia. Scriptura ἀβάλαι s. ἀβάλα Græcis posterioribus placuisse videtur. " 'Αβάλα, Vah, heu, vox indignationis. Lexicon MS. Cyrilli, 'Αβάλε· φεῦ, οὐαί μοι. Philemon in Lex. Technol. MS., Οἵτινες οὖν φασι καὶ ῥάβδος, σεσημείωται τὸ 'Αβάλε. Constantinus de Adm. Imp. c. 53. p. 228., Καὶ περιβλεψαμένη τοὺς πολίτας, λέγει, Αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ μετὰ ὅρκου ὑπόσχεσις; οὔτως ἀληθεύετε περὶ πάντων; ἀβάλα λοιπὸν τῷ πιστεύοντι τῷ χερσωνίτῃ πολίτῃ. Joannes Moschus in Limon. c. 110., Εἶπον πάλιν, 'Αβάλαι, πόσα κλαύσωμεν καὶ μετανοήσωμεν, ἐφ' οἷς νῦν οὐ μετανοοῦμεν. Vide Notas eruditissimi Cotelerii ad h. l. p. 669. T. ii. Monum. Eccles. Gr." Ducangius Gloss. Gr.

[2] Locus est: Τὸ α πρὸ τοῦ β ἀεὶ θέλει συστέλλεσθαι, εἰ μὴ κατὰ διάλεκτον εἴη γενόμενον ἐκ τοῦ η εἰς α, ὃς ἔχει ἠθήσομεν, ἀβάσομεν, ἄνηβος, ἄναβος· ἔστω οὖν μαρτυρία τοῦ συνεσταλμένου α, βλάβος, βλάβη, "Αβυδος, στράβος, ἄβιος, Λάβδακος, ῥάβδος. Οὐ μάχεται τὸ ἀβάλε, ἐκτεῖνον τὸ α. Δύο γὰρ μέρη λόγου εἰσί. In Dracone Stratonicensi de Metris Poeticis p. 63., ubi idem articulus verbis paulo mutatis extat, est ἀβάλας, de quo Bastius ad Gregor. Cor. p. 758.: " Nemo dubitabit, ἀβάλας natum esse ex errore sic legentis quod legendum fuit ἀβάλε, quomodo recte habent Regulæ Prosod. Hermanni." Nostra quidem sententia, ἀβάλας illud ortum habuit ex ἀβάλαι, quod librarius pro ἀβάλε sic scripsit, scripturæ sui sæculi morigeratus. V. Ducangii Gloss. Gr. v. 'Αβάλαι.

[3] In Schol. Lug. Bat. ad Aristophanis locum, teste Hemsterhusio, revera ita legitur, ut conjecerat Noster, "Α ἄ.—ἐπίρρημα ἐφεκτικὸν, pro vulgatis, ἐπίρρημα ἐκπλήξεως καὶ κελεύσεως.

ceret has duas voculas, nullo interjecto spatio, quamvis suum utrique dando accentum, scribere. Nam aliud quam quod dixi, non indicari verbis illis, *κατὰ διαίρεσιν ἀναγνωστέον, οὐ καθ' ἕνωσιν*, ex sequentibus apparet. Si enim, inquit, unica pars orationis essent, &c. Ex his autem Suidæ verbis, duas orationis partes esse ἆ ἆ consequetur; duo videlicet adverbia: simulque hinc, cum sibi non constare, atque adeo, si verum esse id existimandum sit, errare in sui operis limine, ubi dicit esse *ἐπίῤῥημα*, non *ἐπιῤῥήματα*, arguemus. Adeo nihil in plerisque hujusmodi lexicographorum locis est certi. Hoc vero inde contingit quod pene omnia ex variis, et quibus varia judicia erunt, sunt consarcinata. Cujus rei evidentissimum hic exemplum habes. Ecce enim, verba illa a quibus hic, quicunque sit, Suidas opus suum orditur, ἀ ἀ, *παρ' Ἀριστοφάνει ἐπίῤῥημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως*, esse ex enarratore Aristophanis depromta, sicut alibi passim multa ex iis affert, nemo, ut opinor, negaverit. At quæ subjunguntur de hoc eo- B dem adverbio, aliunde sumta sunt: et quidem ex quopiam qui non pro uno adverbio, sed pro duobus habendas hasce duas literas censuerit. I nunc, et hujusmodi lexicographorum scripta non adhibita magna cautione lege. Ap. Hesych. quoque extant quædam quæ faciunt ut suspicer duas hasce voculas in unum vocabulum conflatas fuisse. In uno enim ejus loco legimus, Ἄα· *σύστημα ὕδατος*:[1] in alio habemus, Ἄ ἄ, *σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, ἢ σύστημα ὕδατος*. Sed quum *σύστημα ὕδατος* significari non possit illis voculis nisi conjunctim scriptis, suspicari quis possit eum adverbii quoque significationi scripturam illam dedisse: quæ deinde mutata fuerit a quopiam non animadvertente sequentem expositionem, aut certe ejus rationem non habente. Alioqui dicendum esset, quum Hesych. scripsisset, ἄ ἄ esse *σχετλιαστικὸν ἐπίῤῥημα*, aliquem temere addidisse *ἢ σύστημα ὕδατος*, non animadvertentem huic significationi aliam scripturam tribui. Sed hoc mihi parum fit verisimile. Veniò ad locum Euripidis in C quo Scholiastes *ἐφεκτικὸν* adverbium esse scribit: is est in Oreste, (v. 269.) Ἄ ἆ, *τί δῆτα μέλλει*; *ἐξακρίζει· αἰθέρα Πτερυγῖς*: hic inquam *ἐφεκτικὸν* esse tradit enarrator, i. e. cohibentis, seu reprimentis; nam *ἐφεκτικὸν* ab *ἐπέχω* deductum esse constat, quod Cohibeo significat; ita ut sonet illud verbale, Cohibendi vim habens, quasi quis dicat Cohibitorium. Magis tamen fortasse illi Aristophanis loco quam isti significatio hæc convenire dici possit. Nisi dicamus hic cohiberi moram: quod alioqui aptius diceretur corripi vel increpari. Sed quanam Latina particula posse exprimi hujus adverbii vim putabimus? Ego aut particulam Hau, sive Ahu, aut certe nullam esse quæ isti adverbio in hac significatione respondeat, existimo. Scio scribi a Donato interjectionem esse conturbatæ mentis, nec constantis sibi: in isto Eunuchi loco, Act. iv. Sc. 4. PY.—Au tu hunc credidisti esse, obsecro, Ad nos deductum? PH. namque alium habui neminem. PY. hau, Ne comparandus hic quidem ad illum est. Sed quem usum habere dicenda sit hoc loco ista interjectio, necnon in aliquot aliis ejusdem poetæ, sicut et in quibusdam Plautinis, aliis judicandum relinquo:[2] geminatam certe hanc in quodam Terentii loco reperiri dico, ubi optime cum ἆ ἆ cohibendi vim habente seu reprimendi, convenire aio. Locus is in Adelphis legitur, Act. iii. Sc. 2. —hau hau, mi homo, sanusne es?- An hoc proferendum tibi (An proferendum hoc tibi) usquam esse videtur (videtur usquam)? Jam vero et Ahu non absimilem apud hunc poetam significationem habet, in isto Eunuchi loco, (v. 2. 60.)—ahu, tace obsecro. Videtur certe unum ex altero factum esse, permutata literæ aspirativæ sede: nisi potius, quoniam altera illa particula Hau multo est usitatior, hanc illius locum occupasse aliquis existimet. Non ignoro interim Donatum velle hic esse interjectionem perturbatæ mulieris, ut apud Græcos *ἰού*: sed nihil vetat nos simul dicere esse *ἐφεκτικὴν*, seu *ἐφεκτικὸν ἐπίῤῥημα*, loquendo more Græcorum, in isto loco: qui enim dicit Tace, is certe *τὴν φωνὴν ἐπέχει*, seu *τὸν λόγον*. Et de isto quidem usu adverbii ἆ ἆ, adverbiorum etiam dici posset, ea sequendo quæ ex Suida paulo ante attuli, hæc disseruisse sit satis.

Ἄ Ἄ, VEL Ἄ Ἄ ap. Euripidem quoque alios etiam usus habere videtur, quam eum quem ex ejus Oreste (v. 269.) attuli, convenientem cum eo quem ex Aristophane protuleram. Legimus enim in eadem tragœdia hæc Electræ verba, (v. 145.)—Ἄ ἆ, *σύριγγος ὅπως πνοὰ*[3] *Λεπτοῦ δόνακος, ὦ φίλα, φώνει μοι*. Legimus ibidem, non multis post versibus (v. 162.) Ἄ ἆ, (Ἄ, ἀ, Porson.) *ἄδικος ἄδικα τὸν' ἄρ' ἔλακεν* &c. Ubi eum accentum his voculis tribuo quem apud Scholiastem habent: quum utrobique non ἆ ἆ, sed ἀ ἀ in textu legatur. Sed quid si in priore quidem horum locorum eundem habere usum dicamus, quem in illo qui primus ex hoc poeta allatus fuit? Certe *ἐφεκτικὸν* quodam modo videri ibi possit: ut dicamus, Electram, quod hæc verba *ἰδοὺ πείθομαι*, altiore quam vellet voce prolata fuissent, ostendere hac interjectione illum elatiorem sonum sibi displicere, eumque *ἐπέχειν*. At vero in posteriore loco ἆ ἆ, sive ἀ ἀ, non aliud esse puto quam Ah ah: cujus usus multa passim exempla extant, ut proxime sequente hujus sermonis tmematio docebo.

Ἄ Ἄ, vel Ἄ ἆ, sæpe est dolentis atque adeo ingemiscentis, aut indignantis, seu quiritantis, eodem modo quo *αἲ αἲ*, *σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα*, inquit Hesych. et tunc illi convenit ea cujus modo men-

[1] "Ἄα, Hesychio *σύστημα ὕδατος*, Aquæ congeries. Quod ἆα videri possit ex ils vocabulis esse quæ *γλωσσηματικὰ* vocantur sive "*γλωσσηματικά*. Sed ap. Hesych. uno quidem in loco ita scriptum est uti dixi, videlicet, ἆα, *σύστημα ὕδατος*: at in altero, ἀ ἀ, "*σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, ἢ σύστημα ὕδατος*. Sed magis rationi consentaneum esset ut ἆα scriberetur in adverbii etiam significa- "tione, quam ut ἀ ἀ, ubi significatur *σύστημα ὕδατος*. Certe quod attinet ad ἀ ἀ adverbium *ἐκπλήξεως* et *παρακελεύσεως*, suspicari pos- "sit aliquis conjunctim scriptum fuisse a nonnullis: quod Suid. admoneat *κατὰ διαίρεσιν* scribi debere, non *καθ' ἕνωσιν*. Quod et ipse "suspicer potius, quam, quum Hes. scripsisset ἀ ἀ esse *σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα*, aliquem temere addidisse, *ἢ σύστημα ὕδατος*, non "animadvertentem hanc significationem scripturam aliam poscere." H. St. Thes. Ind. Photius in Lexico: Ἀά· *σύστημα ὕδατος*. Sic Cod. B. In D. legitur ἆ, ἆ, teste Hermanno. "Ἄα, sic Editio Leidensis. Male. Veneta, Florentina, et Hagenoënsis rectius, ἀ ἀ *σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα*. Tum protinus, quod infra delendum, subjunge separatim. Ἄα· *σύστημα ὕδατος*. H. Steph. in Thes. non nisi falsa fretus conjectura, suspicatur eandem scripturam et nomini et adverbio Lexicographum nostrum tribuere voluisse, quasi scripsisset, Ἄα *σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, ἢ ὕδατος*. Ita præivit illi Camertis Lexicon. Sed Suidas negat istiusmodi *ἐπίῤῥημα* esse *ἐν μέροι λόγου*, quia duobus tonis acutis notari solet. Nam *ἔκπληξις*, quam Comicus ab Suida productus repræsentat in muliere consternata ob periculum facis admotæ, est quiritatio quædam *τῆς σχέτλια πεπονθυίας*. Ceterum quis damnet et duos tonos circumflexos, quos Scholia Aristophanis, Euripidis palam ferunt, item venustæ et accuratæ editiones? Nam duplex ἆ ἆ factum ex simplici ἆ, quod, quia Eustathius eodem modo scribit *πνευματίζεσθαι* atque simplex ἅ, et semper sive in *θαύματι*, sive in *οἴκτῳ*, sive in *σχετλιασμῷ*, utrumque *κλητικὸν* vocat: eadem opera nec dissimilem poscit tonum, quia tota vis eadem. Sed priscorum et magnorum Grammaticorum convicia de tonis facessere jubeamus." Verweius. "Res tanti revera non est. Infinitis enim exemplis probari posset, et in seqq. sæpe indicabitur, Hesychium, ubi varias tribuit vocibus significationes, nullam accentuum aut spirituum rationem habere." Albertius.

[2] "Au, interjectio variis animi affectibus exprimendis idonea, ut consternati animi. Terent. Andr. iv. 4. 12. Dicturan' es quod rogo? My. au. Id. Eun. v. 2. 60. Au, tace, obsecro. Adde ibid. iv. 4. 13. Ita autem ubique exponit Donatus, et a Græcis *ἰοὺ* dici eodem sensu docet. Item abominantis, vel avertentis. Id. Phorm. v. 1. 27. Quid? duasne is uxores habet? So. au, obsecro: unam ille quidem hanc solam. Id. ibid. v. 3. 20. Au, obsecro, vide, ne in cognatam pecces. Item admonentis cum indignatione, et increpatione. Plaut. Mil. ii. 2. 62. Vigila: tibi ego dico: au! feriatus ne sis. Al. aliter leg. Item appellantis, et excitantis. Afran. apud Charis. L. ii. p. 214. Putsch. Au, mi homo, immo edepol vos, supremum meum concelebretis diem. Scribitur etiam hau, et ahu. Priscian. sub fin. lib. 15. enumerat hanc interjectionem inter eas, quas ipse vocat sonituum illiteratorum imitationes, ut sunt haha, heu, obe, et similia." Forcellinus.

[3] "Ὅπως πνοὰ Ald. et MSS. *ὡς πνοιὰ* dedi partim ex conjectura Kingii." Porson. Idem edidit, ἀ ἀ, non ἆ, ἆ.

tionem feci interpretatio, videlicet Ah ah: nisi malis Heu heu. Hæc enim particula frequentius geminata invenitur quam illa, quæ tamen et ipsa apud Plautum geminata reperitur a suspirante: in Milite Glorioso (Ac. iv. Sc. 8.) PY.—habe bonum animum. PA. ah, ah, Quum venit in mentem, mores ut mihi mutandi sient. Sed quoniam particula ista Ah multos alios insuper habet usus, alteram illam interpretationem adhibere satius esse duco. Hanc porro significationem habens ἆ ἆ sive ᾶ ᾶ, apud tragicos præsertim frequens est.[1] Eurip. in Rheso, (v. 799.) Ἆ ἆ. Ὀδύνη με τείρει. Cui loco addi potest alter eorum quos supra ex ejus Oreste (v. 162.) attuli: nimirum posterior, Ἆ ἆ, ἄδικος ἄδικα τόν' ἄρ' ἔλαεν. Ap. Æschylum quoque extat, cum alibi, tum in Prometheo, duobus in locis, fortassis et in pluribus, et quidem præfixum alii adverbio eundem usum habenti: p. 12., meæ editionis, (v. 114.) ἆ ἆ, ἔα, ἔα, Τίς ἀχὼ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγὴς; (ubi Schol. A. ἐπιῤῥήματα ἐκπλήξεως, B. ἐκπληκτικόν.) Sic p. 37., initio. (v. 582. ed. Blomf., Ἆ, ᾶ, ἔα, ἔα. Χρίει τις αὖ με τὰν τάλαιναν οἴστρος: ubi Schol. B. φεῦ, φεῦ, φεῦ, φεῦ.) Sed hic ᾶ ᾶ scriptum est, illic autem ἆ ἆ, quæ scripturæ diversitas ex veteri exemplari profecta est: quo minus mirari eam apud ceteros debemus.

Ἆ ᾶ, inquit Hesychius, ἐπὶ τοῦ μεγάλου· ἔστι δὲ καὶ σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα. Quibus addit, συντεθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ. Ubi quid significare voluerit illis verbis, ἐπὶ τοῦ μεγάλου, non satis liquet. Sed nihil similius vero mihi in mentem venit, quam ut his verbis declaretur ᾶ ᾶ dici cum exclamatione de re quapiam magna: quæ videlicet, nam et hoc subaudiendum fuerit, repente contigerit, aut certe oculis nostris repente se obtulerit. Hoc autem modo vocabulum ἐπιφώνημα, quod sequitur, huc quoque pertinere censebitur: perinde ac si dixisset, ἐπιφώνημα ἐπὶ τοῦ μεγάλου. Fateor interim multa fuisse alia verba quibus Hesychius aptius et apertius exprimere hæc potuisset: quod facit ut hoc meum commentum parum mihimetipsi placeat, vixque illa verba non suspecta mihi esse possint. Quod subjungit, esse etiam σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, ex multis quos attuli locis, satis manifestum est. At vero quod tertio loco de his vocalis annotatur, refellitur, quod ad scripturam attinet, tum Hesychii, tum Latinorum comicorum testimonio, ut in proxime sequente tmematio manifestum faciam.

Ἆ ᾶ autem longe alium vel potius contrarium usum habet; est enim ridentis adverbium: nisi quis adverbia vocare malit, ut non conjunctam vim duæ istæ voculæ habere censeantur, sed unaquæque seorsum suam. Eodem certe modo ᾶ ᾶ, vel ἆ ἆ, sequendo alteram scripturam, pro duobus adverbiis a nonnullis haberi, dictum antea fuit. Testatur autem Eustathius, et quidem ex aliorum observatione, ᾶ ᾶ esse ridentis: testantur idem et Latini comici, Plautus atque Terentius, apud quos frequenter voculis istis Ha ha he, risum indicari videmus. Unum ex illo, alterum ex hoc exemplum proferre satis habebo. Apud Plautum igitur in Pseudolo (A. iv. Sc. 1.) legimus, Ut ego te hodie accipiam lepide, ubi effeceris hoc opus. S. Ha ha he. P. Lepido victu, vino, unguentis. In Terentii autem loco quem afferam, hoc ipsum dicitur, videlicet voculas istas esse ridentis. Is est in Eunucho, Act. iii. Sc. 2. Quid tibi ego multa dicam? domini similis (simia) es. G. Ha ha he. T. Quid rides? G. Istud quod dixti modo. (Idem Heaut. v. 1. 13. Chr. Ha, ha, he! Me. quid risisti? Interjectio irridentis est in Plaut. Pœn. iii. 5. 23. Ha, ha, he! jam teneo, quid sit.) Faciunt igitur aperte tum hi loci, tum ea quæ traduntur ab Eustathio, adversus ea quæ leguntur ap. Hesych., videlicet ᾶ ᾶ cum spiritu tenui, risum declarare. Sed omnino mihi persuadeo non penes eum, sed penes librarium residere culpam: ab illo enim scriptum fuisse δασυνθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ, non, συντεθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ. Vel hoc modo, συντεθὲν δὲ καὶ δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ. Sed illo potius quam hoc modo emendandum esse censuerim, omisso videlicet participio συντεθέν: quoniam ne apud Latinos quidem comicos conjunctæ hæ particulæ leguntur. Ac profecto siquis vocem vel potius sonum ridentis observet, i. e. sonum quem aliquis ridendo edit, disjungendas potius quam conjungendas esse has voculas cognoscet. Quinetiam aspirate potius quam tenuiter efferri animadvertet: quod et ipsum illam meam emendationem confirmat. Neque enim hoc intelligi volo de iis dictum, qui aspiratione præ ceteris gaudent: ut certe in quadam nostræ etiam Galliæ parte sunt qui Catullianum illum Arrium imitentur, qui Chommoda, non Commoda, Hinsidias, non Insidias, Hionios fluctus, non Ionios, dicebat, sed de iis potius qui ab aspiratione non abhorrent. Verum his opponet fortasse quispiam, alio tum modo quam nunc rideri solitum fuisse: quod ego prorsus ignotum mihi esse fateor, nec unde probari possit video. Risum quidem certe multo minus quam ploratum fuisse tunc temporis, vel ex eo colligerem quod plurima plorantium, aut saltem gementium, seu quiritantium, paucissima ridentium aut alioqui exultantium adverbia reperiantur, nisi magis varias hodieque esse gemebundas voces quam exultabundas perpenderem: sive ex eo quod majus doloris quam gaudii sit ingenium, ut Naso cecinit, Grande doloris ingenium est, sive aliunde id contingat. Sed hæc περὶ τοῦ γέλωτος si cui περιεργότερα videbuntur, tanquam γελαστικῶς dicta accipiat. ["Delendum alterum ᾶ. Cum autem ait, συντεθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ, verum dicit, sed scribendum est per aspirationem ᾶ, ᾶ. Inde in Comœdiis, ha, ha, hæ, Plaut. Terent. Bene autem συντεθὲν, i. e. geminatum, ut ego interpretor; neque enim risum significat, nisi geminetur, quanquam et δασυνθὲν, id est aspiratum, legi potest." Tan. Faber in Epist. ii. 19. "Eustath. ad Il. A. p. 855=796. 20., Καὶ κεῖται ἐν Ἐπιλογῇ Λέξεων ἀρχαίᾳ, ὅτι ᾶ ᾶ δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ. Recte igitur τὸ δασυνθὲν præfert, et τὸ συντεθὲν potius improbat H. Steph." Verweius. "Δασυνθὲν pro συντεθὲν corrigunt etiam Bruno et Is. Voss. ex eodem Eustathii loco. Allucinatur H. Stephanus, quando ἐπιφώνημα in ἐπὶ τοῦ μεγάλου e seqq. huc pertinere censet. Sic paullo ante: Ἆ καὶ τὸ μέγα. Conf. infra Βαβαὶ, ante v. Βυβλία. Photius recte in Lexico MS.: "Α, ᾶ· ἐπὶ τοῦ μεγάλου· ἔστι δὲ σχετλιαστικὸν ἀναφώνημα, δασυνθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ, ὡς φησι Διογενιανός." Albertius.]

Ἆ, ᾶ, ᾶ, vel ridentis, vel saltem exultantis adverbium, sive interjectionem, si loquar more Latino, efficere manifestum est ap. Eurip. in Cyclope (v. 156.): ubi Silenus post præstantissimi vini potum,

[1] Euripides in Oreste v. 1614. Ἆ, ἆ, μηδαμῶν δράσῃς τάδε. Idem in Medea v. 1056. ed. Beck. Ἆ, ἆ. Μὴ δῆτα, θυμέ, μὴ σύ γ' ἐργάσῃ τάδε. Idem in Andr. v. 1077. Ἆ, ἆ· τί δράσεις, ὦ γεραιέ, μὴ πέσῃς. Bacch. v. 586. Ἆ, ἆ· τάχα τὰ Πενθέως μέλαθρα Διατινάξεται πεσήμασιν. Ibid. v. 596. Ἆ, ἆ· πῦρ οὐ λείσσεις; Cycl. v. 562. Ἆ, ἆ· τί δράσεις; Herc. Fur. v. 1051. Ἆ, ἆ· * διαφολεῖτε. Auctor Rhesi v. 687. Ἆ ἆ (Ἆ, ἆ)· φίλον ἄνδρα μὴ θέλῃς. Semel tantum positum legitur Alc. v. 529. Ἆ, μὴ πρόκλα' ἔκοιτον. Hel. v. 452. Ἆ, μὴ (σὺ) προσέλα χεῖρα. Herc. F. v. 629. Ἆ, οἷδ' οὐκ ἀφιᾶσιν, ἀλλ' ἀνάπτωται πέπλων. Rhes. v. 226. Ἄπολλον, ᾶ δία κεφαλὰ, μόλε τοι—Ζήνης, (pro ᾶ δία MSS. tres, ὦ δία.) Sophocles Œd. T. 1147. Ἆ, μὴ κάλαξ', πρίσβυ. Ter iteratum reperitur in Cycl. 157.—χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος. Ἆ, ἆ, ἆ. Imo quinquies in Alc. v. 28.: in Monkii editione quater tantum repetitur. Vide Beckii Indicem Verborum in Eurip. Ἆ, ᾶ, acclamatio lamentantis, Jud. xi. 35. Καὶ ἐγένετο ὡς εἶδεν αὐτὴν αὐτὸς, διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ εἶπεν, Ἆ, ᾶ, θυγάτηρ μου, ταραχῇ ἐτάραξάς με, Jud. vi. 22. Καὶ εἶπε Γεδεὼν, Ἆ, ᾶ, κύριέ μου κύριε, ὅτι εἶδον τὸν ἄγγελον κυρίου πρόσωπον πρὸς πρόσωπον καὶ εἶπεν αὐτῷ κύριος, Εἰρήνη σοι, μὴ φοβοῦ, οὐ μὴ ἀποθάνῃς. Eustathius ad Il. A. p. 855. 16. Ἐν δὲ τῷ ᾶ δειλὲ δ ἐστιν ὦ δείλαιε, κλητικὸν ἐπίῤῥημά ἐστι τὸ ᾶ, ἢ μᾶλλον * προσφωνητικόν· διαφέρει δὲ τῆς διὰ τοῦ ὦ προσφωνήσεως, ὅτι τοῦτο μὲν ψυχῆς ἀκαθοῦς· τὸ δὲ ᾶ, πάθος παραχώδες δηλοῖ ψυχικὸν ὡς ἔστιν εὑρεῖν παλλαχοῦ, οἷον ἢ σχετλιασμὸν, ἢ ὀνειδος, ἢ ἀγανάκτησιν, ὡς ἐνταῦθα, ἢ ἔλεον, ὡς κατωτέρω ἐν τῷ, Ἆ δειλὲ, οὐ μάντευε πατὴρ, καὶ ἑξῆς· διὰ γὰρ τὸ καίριον δεδίσσονται νῦν ἢ τοιαύτη πρόσρησις. Ἆ, ᾶ, ᾶ, acclamatio lamentantis, Aqu. Jos. vii. 7. Ἆ, ᾶ, ᾶ κύριε. Ezech. iv. 14. Ἆ, ᾶ, ᾶ κύριε, κύριε. Al. Jer. xiv. 13. Vide Biel. Thes. Philolog. Ἀᾶ, ἀᾶ, idem, Aqu. Joël. i. 14. Sym. Psalm. xxxix. 21. lxix. 4.

sibi ab Ulysse donati, erumpit in hæc verba, Βαβαὶ, χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος. Ἄ, ᾶ, ᾶ. Ibi tamen legi ἄ, ἀ, ἀ, fateor: verum quum nemo negare possit eum esse harum particularum quem dixi usum, itidem retinendam et hic esse scripturam illam quam supra tum aliunde, tum ex Eustathio confirmavi, nemini, meo quidem judicio, negandum fuerit.

Ἀάζω, Fut. ἀάσω. Præt. ἀαα, Exhalo, proprie, Calidum halitum efflo. Aristoteles in Probl. xxxiv. (7.), Φυσῶσι μὲν γὰρ ψυχρὸν, ἀάζουσι δὲ θερμόν. Idem ibidem, Ὁ δὲ φυσῶν κινεῖ τὸν ἀέρα οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ διὰ στενοῦ τοῦ στόματος. Paulo post, Ὁ δὲ ἀάζων, ἀθρόον ἐκπνεῖ, διὰ θερμόν. Crediderim autem deductum esse verbum a sono quem inter exhalandum edimus: quo magis mirum videri possit tenui spiritu illud notari.

Ἀασμὸς, οὗ, ὁ, Exhalatio, Halitus, Calidi efflatio, ἔστι δὲ ἀασμὸς, ἀθρόου ἐκπνευσις. Differt autem a φυσασμὸς sive φυσιασμὸς, sicut ἀάζω a φυσῶ, in loco proxime præcedente. Bud. B

Ἄβαξ, ακος, ὁ, Abacus Latinis, a genitivo Græco suum nominativum formantibus.

Ἄβαξ, Abacus, Persio, i. e. Tabula in qua mathematici numeros, lineas, aut quasvis figuras seu disgrammata ducunt. Pythagorica mensa, veteribus dicta, secundum quosdam, qui tamen ex particulari appellatione generalem facere videntur, sed Martiani auctoritate nituntur, (initio Lib. vi. pr. p. 190. ed. Grot.) σανὶς φιλοσόφοις χρήσιμος εἰς διαγράμματα, inquit Eustathius (p. 1397. 49. Forte in animo habuit locum Jamblichi de Vita Pythag. c. 5. p. 54. ed. Kiessling. Lips. 1815.: Ὑποσχομένου δὲ τοῦ νεανίου καὶ τῇ τῶν ἐπιτηδείων ἐλπίδι ὑπομείναντος, εἰς τὴν δι' ἀριθμῶν μάθησιν καὶ γεωμετρίας ἐνάγειν αὐτὸν ἐπειρᾶτο, ἐπ' ἄβακος τὰς ἑκάστου ἀποδείξεις ποιούμενος, καὶ διδάσκων παντὸς σχήματος, ὅ ἐστι διαγράμματος,[1] μισθὸν καὶ * ἀντίπονον[2] παρεῖχε τῷ νεανίᾳ τριώβολον. Paulo inferius ibid. p. 58. legitur: Δέον οὖν σχολάζειν εἰς πορισμὸν τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων καὶ τῆς ἐφημέρου τροφῆς, οὐ καλῶς ἔχειν, ἄβακι καὶ ἀνοήτοις * ματαιοπονήμασιν ἑαυτὸν ἀντιπερισπᾶν. Idem in Adhort. ad Phil. Symb. xxxiv. p. 372. ed. Kiessling. Lips. 1813.: Τὸ δὲ χύτρας ἴχνος ἀπὸ σποδοῦ ἀφανίζε σημαίνει συγχύσεως καὶ παχύτητος, ὅπερ ἐστὶ σωματικῶν καὶ αἰσθητῶν ἀποδείξεων, ἐλανθάνεσθαι φιλοσοφεῖν ἐπιβαλλόμενον, νοηταῖς δὲ χρῆσθαι μᾶλλον ἀποδείξεσιν. ἡ δὲ σποδὸς ἀντὶ τῆς κόνεως τῆς ἐπὶ τοῖς ἄβαξι παρελήφθη, ἐφ' ἧς αἱ ἀποδείξεις συμπεραίνονται. De hoc Symb. cf. Gyrald. p. 484. Abacum pulvere illo conspergebant, quo facilius figuras noturent, delerentque, si opus esset.) ‖ Ἄβαξ generalius etiam pro quavis tabula calculatoria: vide ἀβάκιον.[3]

Ἄβαξ, Abacus, Macrobio (Sat. i. 5. et Suetonio

[1] "Secutus sum Schwarzii sententiam censentis, Jamblichum nomen σχήματος explanare per vocabulum artis διαγράμματος, quod ut notius et arti usitatius per ὅ ἐστι voluerit. Antea enim scriptum erat divisim διὰ γράμματος, pro quo vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani notaverat διὰ γραμμῶν, probante Kustero. Equidem tamen non repugnaverim, si quis existimet, verba ὅ ἐστι διαγράμματος, esse glossema. De ipso vocabulo διάγραμμα v. Fischer. ad Platon. Phædon. p. 306." Kiessling. Lectio διαγράμματος ex Eustathii loco, Kiesslingio ignoto, confirmari possit. Sed, ut putamus, est glossema.

[2] "'Αντίπονον, i. e. quod pro labore datur. Sed est vox insolens. [Nusquam alibi, quod sciamus, legitur.] Vir doctus ad marginem Codicis Spanhem. rescripserat, ἀντίτονον." Kusterus.

[3] "Abacus generatim notat tabulam politam mediocris magnitudinis, cui deinde in diversa supellectili locus est. Cum tota vox Græca sit, audiamus Eustath. ad Od. Δ. p. 166. 21. (1494. 64.), Δηλοῖ δέ φασι καὶ σανίδιον ὁ ἄβαξ, ὅθεν ἀβάκιον, ἐφ' οὗ ψηφίζουσι. Add. ad Od. X. p. 786. 40. (1927. 4.) Tabula ergo est abacus, quod ostendet jam inductio. Nempe ut ab antiquissimo, de quo constet, usu incipiamus. (1.) Cato R. R. x. 4. in oliveti instrumento abacum unum memorat, et a mensis, scamnis, sellis, scabillis separat. Et est etiam Polluci vi. 90. ἄβαξ inter culinaria instrumenta: atque idem βαλάνων ἄβακα memorat vi. 86. lancem palmularum. Itaque aut lanx fuerit vel patella apud Catonem quoque abacus, aut quod magis placet, tanquam solennis deinde notio, memoriæ genus sustinendis vasis aliis accommodatum: certe ejusmodi supellectilis occasione ipsum quoque nomen Romanis primum videtur innotuisse. Liv. xxxix. 6. de Cn. Manlio Vulsone, Gallorum in Asia victore: —'Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico invecta in urbem est. Ii primum lectos æratos,—et quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia et abacos Romam advexerunt.' De eadem re Plin. xxxiv. 3. s. 6.: 'Triclinia æratа, abacosque et monopodia Cn. Manlium Asia devicta primum invenisse.' Legendum hic quoque, Livio duce, invexisse. Plin. xxxvii. 2. s. 6. in præda Pompeii memorat, 'Vasa ex auro et gemmis abacorum novem.' Cic. Verr. iv. 35. c. 16., 'Ab hoc iste abaci vasa omnia, ut erant expositu, abstulit.' Ibid. 57. c. 25., 'Cum aliquot abacorum faceret vasa aurea.' Id. Tusc. v. 61. c. 21., 'Abacos complures ornavit argento auroque cœlato.' Varro de L. L. viii. 33., 'Sic ut [sicut] abacum argento ornari videmus, ut alia paria sint, alia disparia, sic in oratione.' Plin. xxxvii. 2. s. 7. de murrhinis, 'Abacis etiam escariisque vasis inde expetitis.' Harduinus fulcra pluteosque interpretatur, quibus vasa, candelabraque, et alia imponimus (des gueridons), sed ea videntur potius monopodia. Magis placet, abacos hic esse per notam metonymiam ipsa vasa, quibus onerantur abaci: vel etiam tabellas illas parietibus expoliendis adhibitas, de quibus n. 5. Juven. iii. 204., Urceoli sex Ornamentum abaci, nec non et parvulus infra Cantharus. Huc refero Sido. Apoll. ii. 2. 'In hac' (cœnationcula) 'stibadium et nitens abacus:' quæ enim de abaco sedili s. banco hic et ad Vitruvium vii. 4. viri docti, eorum ideneum fundamentum nusquam reperio. Idem Sidonius xiii. 9. 'Redolentibusque sertis Abacum torosque pingant:' et disertius, Car. xvii. 7., 'Nec per multiplices abaco splendente cavernas Argenti nigri pocula defodiam.' Cavernæ istæ loculamenta et cava quædam videntur, in quæ divisus abacus. V. Gloss. Abaci, Delphica, Μηνστέριον. ["Abacus, mensa, in qua exponuntur in conviviis tum ad usum, tum ad magnificentiam vasa argentea etc. De abaco multis agit Salmas. ad Jus Att. et Rom. c. 23. sola potoria vasa attribuens abaco eaque paria plumbo revincta, et in loculis abaci velut defossa. Cicero Parad. v. 2. matulam in abaco commemorat, et in Verr. quarta alia etiam vasa in abaco reperiuntur. Scyphorum paria pariter Cicero habet. Loculi illi sunt e Sidonio. An sint antiquiores, vix dicam." Ernest. in Clave Ciceron. "Paria dicit Plin., quia semper in delphica s. abaco pares ponebantur, h. e. σύνδυο. Agroecius: Cicero, 'Jubeo promi utrosque, binos habebam,' quia delphicæ vasa (vasa in delphica) paria semper sunt, unde ipse Cicero dicebat, Scyphorum paria compluria. Ita legendus ille locus, vulgo non satis sanus. Delphica est abacus, in quo vasa et pocula ponebantur. Horatius (Sat. i. 6. 117.)—et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet. Intelligit delphicam s. abacum. Non tamen paria tantum vasa in abaco ponebantur, sed etiam disparia. Varro de L. L. viii.: Itaque sicut abacum argento ornari videmus, ut alia paria sint, alia disparia, sic in oratione. Ut in Horatii illo abaco cyathus est impar, pocula paria. Verum de his nos alibi pluribus." Salm. in Solin. p. 737. f. Cf. idem in Æl. Lamprid. p. 226. f., ubi: Ministerium est quod vulgo vocamus service, 'un service d'argent,' unius abaci argentum; hinc et ministerium pro abaco et delphica, in qua argentum mensale exponebatur."] (2.) Arithmeticorum est abacus, tabula, in qua calculos ducerent. Huc respicit Persius i. 131. Nec qui abaco numeros, et secto in pulvere metas Scit risisse vafer. Præpositio in retrahenda etiam ad abaco. Ejusmodi abacum mecum exhibuit et explicavit M. Velserus in Monum. Augusta. Opp. p. 422. disertius multo quam Anto. Augusti. de num. Dial. 9. De hoc genere Eustath. l. c., Ἀβάκιον, ἐφ' οὗ ψηφίζουσιν. Apul. Apol. p. 284. Elm., 'Quem in librum (Archimedis), Æmiliane, si nosses, ac non modo campo et glebis, verum etiam abaco et pulviseulo te dedisses.' Ad tabulam erudito illo Geometrarum pulvere conspersam hic locus referri possit, et componi cum illis Papiæ, 'Abax et Abacus, tabula, in qua viridi pulvere formæ depinguntur, qua philosophi utuntur.' Viridi corruptum viris doctis videbatur, pro quo conjecit Barthius vi radii, Vossius in Etymol. h. v. radio in pulvere. Sed nihil opus esse, ostendit locus Martiani Capellæ, ut landatur a Philandro ad Vitr. vii. 3. et in Vitruviano Lexico h. v. e lib. vi. pr. 'Abacus, res depingendis designandisque opportuna formis, mensula hyalini pulveris respersione colorata, ubi vel lineares ductus, vel circulares flexus, vel triangulares radio describuntur.' Sic ibi laudatur, lectione discrepante a Grotiana, qui p. 190. illa, mensula—colorata, omittit, et in fine sic legit, triangulares abraduntur anfractus. Ceterum et p. c. extr. abaci mensulam appellat, et p. 191. extr. abaci, inquit, sui superfluum pulverem movens: et in fine libri, Lineam, ait, in abaco rectam ducens etc. Si hyalinus pulvis sit a Capella, vel etiam ab interpolatore antiquo, de viridi pulvere Papiæ non est quod dubitemus. Etiam hunc ἄβακος usum Græcum esse, constat. (3.) Huic similis ille lusorum, a Græcis ipse quoque petitus. Apud J. Poll. x. 150. inter κυβευτοῦ σκεύη, alcatoris supellectilem, ponitur etiam ἄβαξ, ἀβάκιον. Sueto. Nero. c. 22. 'Quum inter initia imperii eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet.' Nempe pro calculis sigilla quadrigarum, lusus ipse circi quandam similitudinem forte habuit. Macrob. Sat. i. 5. 'Sed vultisne diem sequentem, quem omnes plerique abaco et latrunculis conterunt, nos istis sobriis fabulis—exigamus?' (4.) Apud Vitruv. iv. 1. Abacus, Baldo interprete, est tabula illa quadrata, resinatis tamen lateribus, qua summum capitulum Corinthiæ columnæ integitur: quo sensu etiam adhibetur, et proportio illius describitur iii,

in Nerone c. 22.) id est Tabula aleatoria, sive Alveus aleatorius: *σανὶς πεττευτική*, inquit Eustath. (ad Od. A. p. 1397. 50.) quod idem valet ac *κυβευτική*. Nam et J. Pollux (x. 150.) inter *κυβευτοῦ σκεύη* recenset, *ἄβακα, ἀβάκιον, κόσκινον*, &c. (Carystius in Commentariis Historicis apud) Athen. x. (p. 435. d.), *Κυβεύοντος δέ ποτε αὐτοῦ, καί τινος ἀγγείλαντος, ὡς Ἀντίπατρος πάρεστι, διαπορήσας ὥσεν ἐπὶ τὴν κλίνην τὸν ἄβακα.*

Ἄβαξ, Tabula sive mensa cui vasa quælibet ad usum quotidianum comparata imponebantur: quum generaliori etiam voce utens Ammonius dicat, *Ἄβαξ καὶ Ἀβάκιον διαφέρει. Ἄβαξ μὲν γὰρ, ἐφ' οὗ τὰ πράγματα*[2] *παρατίθεασιν· Ἀβάκιον δὲ, ἐφ' οὗ ψηφίζονσιν.* Quum tamen in abaco apud Ciceronem, Livium, et alios, vasa potius ad ornatum quæsita exponantur.

Ἄβαξ, Canistrum, ut colligit Budæus ex verbis Pollucis p. 232. (vi. 86.) ubi in mentione *κανάστρων*, item *κανισκίου* et *καντηλίου*, ex Cratino affert etiam, *βαλάνων ἄβακα*. Idem vero p. 388. (x. 105.) eadem verba citans, *ἄβακα* coquinariis vasis sive instrumentis annumerat.[3] (Phrynichus Σοφ. Προπαρ. in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 17. forte ad eundem Cratini locum respexit: *Ἄβαξ· ξύλινόν τι σκεῦος, παραπλήσιον τοῖς δίσκοις.* Δίσκοι autem pertinet ad vasa, quæ mensis imponuntur, teste eodem Polluce vi. 84.: *Τὰ δὲ ἀγγεῖα, τὰ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν, κοινῇ μὲν, τεύχη ἐρεῖς ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ· καθ' ἕκαστον δέ, οἳς μὲν δίσκους καλοῦσιν, ἐρεῖς κύκλους ἀργυροῦς, ἢ χεύματα ἀργυρᾶ, ἢ πίνακας.* Ex his Phrynichi et Pollucis locis discimus formam abaci coquinarii fuisse rotundam. Idem dici potest de forma abaci, qui ministerium sustinebat, quæ et delphica dicebatur: inde orbis Lacedæmonius Juvenali, xi. 173., pro abaco e marmore Laconico, Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem, quem vulgo de pavimento accipiunt docti viri, notante Salmasio[4] ad H. A. Scriptt. p. 443. c. Hinc abacus de sole usurpatur.) ‖Cœl. Rhodig. (Lectt. Antiq. xxiv. 12., nullum tamen auctorem citans,) Solis corpus orbemque invenio discum quandoque dici. Paulo post, observatum et illud, solis latitudinem scienter abacum dici, eadem qua discus notione.

Abacus præterea significat Vitruvio (iv. 1.) tabulam quadram quæ supponitur epistyliis sive capitulis columnarum. Idem (vii. 4.) Abacum in podiis vocat planitiem quæ sedilis vicem præbet, Bud.

Ἀγανακτήσασθαι etiam dicitur voce media pro ἀγανακτῆσαι, unde participium ἀγανακτησαμένης, Luciano in Somnio [iv. T. i. p. 7. Ἀγανακτησαμένης δὲ τῆς μητρός. "Neminem fore credo, cui J. Brodæi conjectura, ἀνακτησαμένης, blandiatur," T. Hemsterh. Thomas Magister p. 416.: Ὥσπερ ἐγεννησάμην ἀντὶ τοῦ ἐγέννησα, καὶ εὑρεψάμην ἀντὶ τοῦ ἔθρεψα λέγομεν, οὕτω καὶ ἠγανακτησάμην ἀντὶ τοῦ ἠγανάκτησα. Λουκιανὸς ἐν τῷ Ἐνυπνίῳ· Ἀγανακτησαμένης δὲ τῆς μητρός. Ὡσαύτως καὶ ἐθαψάμην ἀντὶ τοῦ ἔθαψα. Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ, cap. 117. Καὶ εἶδον δὲ ἐκείνων καὶ ἐθαψάμην. "Gronovius p. 830. docet non verbo medio, sed activo, uti Herodotum, velut iii. 62. vi. 30. vii. 117. Possit tamen, si opus foret, ἐθαψάμην intelligi Sepeliendum curavi, sed vulgatum tenent omnes libri, nisi quod ἔθαψάν μιν Pd. habet." Schweighæuserus. Schæferus in Mss. e Palæphato xli. 7. affert: Ὀδυρομένου δὲ Ἀδμήτου τὴν συμφορὰν τῆς Ἀλκήστιδος, ἀγανακτησάμενος Ἡρακλῆς, ἐπιτίθεται τῷ Ἅιδῃ, καὶ τὴν στρατιὰν αὐτοῦ διαφθείρει. Vide Fischerum in nota, Indice, et Prolus. iv. 4. p. 64.]

[Quod vero ad etymologiam hujus verbi attinet, sic formatur, si Schneiderum in Lexico audias: Ἄγαν, ἄγω, ἄξω, ἀκτὸς, ἀκτέω. At Schleusnero in Nov. Lex. ad N. T. derivandum videtur ab ἄγαν, valde, et ἄχθος, dolor. "Ex ἄγαν et ἄχθομαι, more Ionico, qui literas non fert aspiratas. Est autem Attica dialectus ex Ionica nata, ut in scholis meis sæpe docui. Sic enim ex λεία etiam Atticum λῃΐζω factum est, quia Iones pro λεία dicunt λῃΐα. Sic ἐξάπινα, ἐξαπιναίως etc. sensim in ἀφανῶς, ἐξαίφνης, αἴφνης, commutata sunt. Errant enim qui Poetis unis tribuunt ista. Unde enim poetæ habent, nisi e vetustate linguæ Græcæ seu Ionicæ? Hippocrat. Prædict. ii. 16. p. 499., Οἵαι δὲ τῶν παιδίων ἐξαπίνης οἱ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν, et cap. extr. p. 522., Οἵαι δὲ ἐγένοντο τούτων τι πολύ τε καὶ ἐξαπίνης. Idem de Morb. ii. 20. p. 51., Καὶ ἱερὸς ἐξαπίνης καίριος τελέθει, et 21. cad. pag., Ἐξαπίνης ὑγιαίνοντα ὀδυνὴ ἔλαβε τὴν κεφαλήν. Quare Xenophon etiam Memorab. iv. 3. 9. habet. Adde Hippocr. Prænot. p. 583., Νεφρῶν ἐξαπιναῖον ἄλγημα μετ' οὔρου ἐπισχέσιος, et de Vict. Acut. xv. p. 279. Ἢ εἴ τις ἐξαπίνης μεταβάλλοι ἐς ἄλλο κρέσσων. Ergo cur de dolore dentium ἀγανακτέω interdum dicatur, apparet. Sed ea non est propria significatio." J. C. Schwarzius Comment. crit. et philolog. Ling. Gr. N. T. Vide Maittairium Gr. Linguæ Dial. p. 133. B. et Lexicon Xenophonteum v. ἐξαπίνης.]

[Huc referri potest verbum Ἀγάνημαι, quod unus Hesychius cum Phavorino conservavit.] "Ἀγά-" νημαι, Hesychio ἀσχάλλω, ἀγανακτέω, Indignor, " Ægre fero, Succenseo." H. St. Thes. Ind. [Vulgo legitur ἀσχάλω, pro quo Heinsius ἀσχαλῶ reponit. Ἀσχάλω in Codice Veneto legi testatur Schowius, pro quo Musurus, ut Noster, ἀσχάλλω scripsit, quod Aldinum typothetam effugit, notante eodem Schowio.]

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, Dolor, Doloris sensus [in

[1] Fallitur vir doctus; phrasis enim est elliptica: ἀγανακτῶν (sc. αὐτῷ, ἐπὶ αὐτῷ, vel διὰ αὐτὸ,) ὃ πάλαι προὐθυμοῦντό τε καὶ ἐπετήδευον. Sic recte locum intellexit Abreschius Lectt. Aristæn. p. 266., a Schæfero in Mss. indicatus. Lucianus Prometh. xiii. T. i. p. 196., ab eodem Schæfero in Mss. indicatus, ex emendatione Hemsterhusii: Τοῦτο γὰρ καὶ ἀγανακτεῖ ὁ Ζεὺς ὅσῳπερ ἐλαττουμένων τῶν θεῶν ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων γενέσεως. Vulgo legitur οὕτω. Idem Deor. Dial. xv. 1. T. i. p. 242., Τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀγανακτῶ, καὶ τῷ Ἡφαίστῳ φθονῶ. Idem in Timone xvii. T. i. p. 248. Ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀγανακτῶ. Idem in Nigrino xxiv. T. i. p. 64., Καὶ ὃ μάλιστα ἀγανακτῶ. Demosth. p. 1261. 25. Reisk., Χαλεπῶς ἐφ' οἷς πέπονθα ἐνηνοχώς, οὐχ ἧττον τοῦτ' ἀγανακτήσαμ' ἄν. In his omnibus locis præpositio διὰ subintelligitur. Plene vero dixit Plato in Phædonis loco a Nostro supra laudato. De hoc verbo varie constructo hæc habet Abresch. l. c. p. 266.:—"Ecquis dubitabit, quin recte dicas ἀγανακτῶν τινι, ἐν τινι, ἐπὶ τῇ τινι, περί, ac ὑπὲρ τινος, τι, διὰ, κατὰ, et πρὸς τί;" Exempla tamen formulæ, ἀγανακτῶν ἐν τινι, ut et formulæ, ἐπὶ τί, nondum vidimus. De posteriore idem ibid. p. 97. scribit:—"Structuram τῆς ἐπὶ cum quarto casu quum abunde ostenderim in Adnotat. ad Luc. xxiii. 28. non putabam facile in dubium amplius vocatum iri; et tamen vidi virum cl. nuper suspicioni illi de mutando in Æliano, ἀγῶνα ἔθεσαν ἐπ' αὐτὸν, in αὐτῷ denuo subscripsisse; non alia, quantum ex iis, quæ scribit, colligo, ratione ductus, quam quia toties legamus alibi ἀγῶνα τίθεσθαι ἐπί τινι. Verum ignoscat mihi, si dixero, rationem hanc admodum esse infirmam; quum uno illo Xenophontis loco ibidem producto habeatur γελᾶν ἐπί τινά. Et, si hoc pluribus ostendi posset, quis id præstiterit in similibus? ut εὐδοκιμεῖν et ἀγανακτεῖν ἐπί τινά, et, quod nunc addam, μέγα φρονεῖν ἐπί τι in Aristoph. Acharn. 985. aut illo Libanii Orat. viii. ult. ἐπ' ἐλευθερίαν βαπτισθῆναι. Adde, si lubet, scripta superius ad Epist. xiii. p. 86."

aliqua corporis parte.] Plato in Phædro (xxxii. p. 251. C.): *Ζεῖ οὖν ἐν τούτῳ ὕλη καὶ ἀνακηίει, καὶ ὅπερ τὸ τῶν ὀδοντοφυούντων πάθος περὶ τοὺς ὀδύντας γίγνεται, ὅταν ἄρτι φύωσι, *κνησὶς* τε καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὖλα,* [pruritu et dolore gingivarum vexantur,] *ταυτὸν δὴ πέπονθεν ἡ τοῦ πτεροφυεῖν ἀρχομένου ψυχὴ ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ καὶ γαργαλίζεται φύουσα τὰ πτερά.* [Pro *ἀγανακτεῖ* Piersonus ad Mœrin p. 41. conjicit *ἀδακτεῖ*, sine causa, ut arbitratur Fr. Astius, quem vide ad hunc locum.]

'Αγανάκτησις, Indignatio, Stomachatio. [Hesych. et Phavor.: *'Αγανάκτησις· μανία, θυμὸς, πόνος, ἄλγος, λύπη.* Zonaras p. 24.: *'Αγανάκτησις· βάρος, ἄχθος.* 2 Cor. vii. 11., *'Αλλὰ ἀγανάκτησιν,* imo indignationem, sc. de incestuoso.] Thucydides (ii. 41.), *Καὶ μόνη οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν*[2] *ἔχει ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ.* [*Συναγωγὴ Λέξεων χρησίμων ἐκ διαφόρων σοφῶν τε καὶ ῥητόρων πολλῶν,* in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 334.: *'Αγανάκτησις· ἐπὶ τύχης. Θουκυδίδης· Οὔτε τῷ πολέμῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει.* Pro *πολέμῳ* repone *πολεμίῳ*. Plut. in Comparat. Pelopidæ cum Marcello T. ii. p. 477. 12. Reisk.: *Χρὴ δὲ ταῦτα μὴ κατηγορίαν εἶναι τῶν ἀνδρῶν νομίζειν, ἀλλ' ὡς ἀγανάκτησίν τινα καὶ παῤῥησίαν ὑπὲρ αὐτῶν ἐκείνων πρὸς αὐτοὺς καὶ ἀνδρείαν αὐτῶν, εἰς ἣν τὰς ἄλλας κατανάλωσαν ἀρετὰς, ἀφειδήσαντες τοῦ βίου καὶ τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ἑαυτοῖς, οὐ ταῖς πατρίσι μᾶλλον καὶ φίλοις καὶ συμμάχοις, ἀπολλυμένων.* Dionys. Hal. Antiqq. Rom. xi. 31., *Πολλὴ δὲ κραυγὴ καὶ ἀγανάκτησις ἐκ τοῦ περιεστηκότος ὄχλου τὸ βῆμα.* J. Pollux vi. 178. de nominibus criminum habet, *'Αγανάκτησις γνώμης.* "*'Αγανακτεῖσθαι,* In offensionem alicujus incidere. Theophanes An. 34. Justiniani, *Ζητηθείσης δὲ τῆς ὑποθέσεως, καὶ μὴ ἀποδειχθείσης ἠγανακτήθη ὁ Εὐγένιος, καὶ ἐδημεύθη ὁ οἶκος αὐτοῦ.* Chronicon Ms. Symeonis Logothetæ in Cod. Justiniano, *Καὶ ἀκούσας Βελισάριος μεγάλως ἐλυπήθη, καὶ γέγονεν ὑπὸ ἀγανάκτησιν τοῦ Βασιλέως.*" Du-Cangius Glossar. in Addendis p. 5. Jul. Rufinianus de Fig. Sent. et Eloc. xi. p. 205.:—"*'Αγανάκτησις,* indignatio, quæ fit maxime pronunciatione. Ennius in Iphigenia: Menelaus me objurgat; id meis rebus regimen restat.[3] Virgilius, Ecl. iii. 25., Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera Juncta fuit? Cicero pro Sylla, xvi., Fero ego te, Torquate, jam dudum fero." Vide J. C. T. Ernestii Lex. Technol. Gr. Rhetor. p. 2.]

'Αγανακτητὸς, ἡ, ὸν, Indigne ferendus, Querendus. Plato, *Οὐκοῦν καὶ τοῦτο ἀγανακτητόν.* Bud. [Respicitur ad Platonis Gorg., a Schæfero in Mss. laud., T. iv. p. 139. ed. Bipont. ubi locus sic legitur: *Οὐκοῦν τοῦτο δὴ καὶ τὸ ἀγανακτητόν.*]

[* *'Αγανακτητέον.* "Reiz. Belg. Græc. p. 629." Schæferus in Mss. Vide locum Grammatici S. Germ. infra ad v. *'Αγανακτικὸς* laudandum.]

'Αγανακτικὸς, ἡ, ὸν, Querulus, Qui facile conqueritur et ægre fert casus incommodos, *ὀργίλος.* Plat. Polit. x. (cap. 6. p. 293. ed. Astii): *Οὐκοῦν τὸ μὲν πολλὴν μίμησιν καὶ ποικίλην ἔχει τὸ ἀγανακτικόν· τὸ δὲ φρόνιμόν τε καὶ ἡσύχιον ἦθος, παραπλήσιον ὂν ἀεὶ αὐτὸ αὑτῷ.* Bud. [Iterum in eod. cap.: *Ὁ δὴ μιμητικὸς ποιητὴς δῆλον, ὅτι οὐ πρὸς τὸ τοιοῦτον τῆς ψυχῆς πέπηγέ γε, καὶ ἡ σοφία αὐτοῦ τούτῳ ἀρέσκειν πέφυκεν, εἰ μέλλει εὐδοκιμήσειν ἐν τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀγανακτικόν τε καὶ ποικίλον ἦθος διὰ τὸ * εὐμίμητον εἶναι. Συναγωγὴ Λέξεων χρησίμων ἐκ διαφόρων σοφῶν τε καὶ ῥητόρων πολλῶν,* in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 334.: *'Αγανακτικὸν καὶ 'Αγανακτητέον· τὸ μὲν ἐν Πολιτείᾳ, τὸ δὲ ἐν 'Επιστολαῖς*[4] *Πλάτων ἔφη.* Clem. Alex. Pædagog. ii. p. 172., *Πάλιν ἐκ δευτέρου ἐῤῥήξε φωνὴν ἀγανακτικήν.* Ælianus H. A. xiv. 25., *Τῆς οὖν μηρίνθου στερεᾶς οὔσης καὶ ἀγανακτικῆς τὴν μὲν ἀρχὴν ἐξῆψε μέσου τῶν ζώων τοῦ ζυγοῦ.* "Ita edidit Gronovius: reliquæ editiones *ἄγαν* * *ἀκτικῆς* habent omnes, quod æque corruptum est." Schneiderus. *"Αγαν ἀκτικῆς* J. Stackhousius in notis Mss. exponit, validæ ad trahendum. Sed voc. *ἀκτικὸς* Lexica non agnoscunt. Quanquam *Προακτικὸς* suo loco exhibet Hesych. et * *Ὑπακτικὸς* extat in Athenæo iii. p. 92. b. et viii. p. 357. f. Nihilominus tamen verum vidit Valckenaerius ad Eurip. Hippol. p. 245. a Schæfero in Mss. laudatus, f. l. inquit, *ἄγαν ἑλκτικῆς,* ut xvii. 6.: *'Αμώμητος δέ φησιν ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν εἶναί τινα, ἐν ᾗ τοὺς ἱερέας ἐκ τινος λίμνης ἐπαοιδαῖς καταγοητεύοντας εὖ μάλα ἑλκτικαῖς ἐξάγειν κροκοδείλους πηχῶν ιε'.*]

[* *'Αγανακτικῶς,* Irate, Ægre. M. Antoninus xi. 13.: *Τὰ ἔσω γὰρ δεῖ τοιαῦτα εἶναι, καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν βλέπεσθαι ἄνθρωπον πρὸς μηδὲν ἀγανακτικῶς διατιθέμενον, μηδὲ δεινοπαθοῦντα.*]

[" * *'Ανταγανακτέω,* Vicissim indignor, Eus. P. E.[5] p. 257." G. Wakefieldius in Mss.]

" *Διαγανακτέω, ῶ,* Perægre fero, Indignor." H. St. Thes. Ind. [Plut. in Timoleonte xv. T. ii. p. 197. Reisk.: *Τί γάρ; εἶπεν ὁ Διογένης, οἴει μέ σοι συναλγεῖν, οὐ διαγανακτεῖν, ὅτι τοιοῦτον ἀνδράποδον ὤν, καὶ τοῖς τυραννείοις, ὥσπερ ὁ πάτηρ, ἐπιτήδειος ἐγγηράσας ἀποθανεῖν, ἐνταῦθα παίζων καὶ τρυφῶν διάγεις μεθ' ἡμῶν;* Reiskius, *οὐδ' ἀγανακτεῖν.* Idem de Adulat. et Amici Discr. T. vi. p. 274.: *Καὶ πρὸς ταῦτα πάλιν τοῦ 'Αχιλλέως διαγανακτοῦντος.* Usurparunt quoque et Diodorus Sic. xiv. p. 395. 4. ed. H. Steph. 1559. notante Scotto in Appendice, et Eusebius Vit. Const. ii. 17. a Boissonadio in Mss. laudatus.]

[* *Διαγανάκτησις,* εως, ἡ, Indignatio vehemens.

[1] De hoc vocabulo vide Sallierii notam ad Mœrin p. 39. "In Glossis est," inquit Piersonus, "Prurit. *κνήφει.* Leg. *κνήθει.*" In Labbæi Glossis est *κνηφεῖ,* non *κνήφει.* Sed recte se habet verbum illud, a Critico Summo suspectum. Nam eædem Glossæ exhibent: *Κνήφη* Prurigo, P. *Κνήφη* vero Labbæus tanquam mendosum sine accentu edidit. Sed extat in Codino de Origg. CPol. in Meursii Opp. T. vii. p. 601. quem locum laudavit Suidas vv. *κνήφη* et *'Αφροδίτη*: *'Επειδὴ συνέβη ποτὲ ταῖς τῶν 'Ρωμαίων γυναιξὶ κνήφην λοιμὸν γενέσθαι.* Teste autem Stephano nostro Thes. T. ii. p. 277. D. *Κνήφη* item urtica, pro quo *κνίφος* alibi dicitur. Hesych.: *Κνίδαι σκωῆφαι, πόα τις.* Recte Bielius reposuit *al κνῆφαι.*

[2] "Mihi simplicissimum videtur, comparari Latino, *admirationem habere,* i. e. mirabilem esse, habere, quod mirentur homines: cui similia plura Livius habet. Ita et hic, *ἀγανάκτησιν ἔχει,* habet (in se, in sua natura et conditione,) de quo indignentur victi et subjecti; quasi indignabilitatem, causam et materiam indignandi. Ita *ἔχειν* proprie accipiatur: *ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ* sic bene cohæreat. Queri aut indignari non potest, a quibus, i. e. quod a talibus viris, afficiatur malo; nos summi ii hostes, a quibus vinci, quibus cedere, non sit indecorum: ut Ovid. Metam. ix. 7. xii. 81. v. 191. et hic Ciofan. et alibi in Met. [x. 604.], A tanto [non] indignabere vinci, quod et Hannibal de Scipione prædicat, apud Liv. xxx. 30. init." Baver. Omnino vide quæ de hoc loco scripsit Vigerus de Præcipuis Græcæ Dictionis Idiotismis p. 120. ed. Lips. 1813. ubi Hoogeveenius hæc notavit:—"Hic observa phrasin, *ἔχω σοι ἀγανάκτησιν,* poni pro *παρέχω,* nec esse vertendam, Ego indignor tibi, sed, Indignationis causam præbeo. Sic *ἔχω φόβον* verbatim, Habeo timorem, non est, Timeo, sed potius, Timeor, vel *παρακλέκτως,* Habeo aliquid terribile in me, quod alicui timorem incutit. Vide Dukerum ad Thucydidis locum, et Nostrum cap. v. sect. 7. reg. 12." "Sæpe miratus sum, cur philologi tantum operæ consumant in demonstrandis iis rebus, quæ demonstrari nequeunt. *Ἔχειν* pro *παρέχειν* nullus Græcorum nec dixit unquam, nec dicere potuit, sed commentum hoc est interpretum, figuras quam simplicem et apertam veritatem captare amantium. Quod quis habet, id cum eo, qui habet, conjunctum est: ita fit, ut *ἔχειν* sæpe significet cum aliqua re conjunctum esse. Quod si quid eo modo e. c. *φόβον ἔχειν* dicitur, id sane quidem etiam *φόβον παρέχει,* sed qui propterea *ἔχειν* significare vellet *παρέχειν,* is eodem jure posset contendere, idem verbum etiam *πολὺν* significare in illo *Καναχὴν ἔχε.* Et omnino quid non? In Lysiæ quidem verbis [ap. Gregor. Cor. p. 4.] recte dicitur *γλῶσσα νοῦν ἔχειν,* cum intelligentia conjuncta esse. Et sic in ceteris locis, quos viri docti attulerunt, omnibus, nisi si quid prorsus inepte allatum est, ut a Brunckio illud Aristophanis Vesp. 712. *χωρεῖθ' ἅμα τῷ τὸν μισθὸν ἔχοντι.* Ibi enim non *ὁ παρέχων τὸν μισθὸν,* ut ille vult, commemoratur, sed is, qui habet mercedem, ideoque dare potest. Non rectius idem ad Æschyli Sept. ad Th. 878. *πατρῴους δόμους ἑλόντες* sic dici putat, ut *ἑλόντες* significet *διελόντες.* Nimirum *ἑλεῖν* non putabat de Eteocle dici posse. At quid impedit, quin, ut is, qui bellum intulerat, sic etiam alter, qui vim vi propulsare conatus erat, armis obtinere voluisse paternam hæreditatem dicatur?" Hermannus ad Gregor. Cor. p. 863. Cf. Schæf. in Ind. p. 985.

[3] "Recte magnus Bentleius Ep. ad Millium p. 43. emendat: Menelaus me objurgat; id meis rebu' regimen restitat." Ruhnkenius.

[4] Locum in editis Epistolis frustra quæsivimus.

[5] Annon intelligi debet Euseb. Præp. Evang.? Sed nobis hæc scribentibus liber ad manum non est.

Plutarchus in Mario xvi. T. ii. p. 831. Reisk.: *Ὥστε φωνὰς καὶ διαγανακτήσεις τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὸν Μάριον ἐκφέρεσθαι.* Philo V. Mosis L. iii. T. ii. p. 178. a Schæfero in Mss. indicatus: *Ζέων καὶ πεπυρωμένος ὑπὸ τῆς νομίμου διαγανακτήσεως.*]

[* " Ἐξαγανακτέω, Succenseo, Joseph. A. J. iv. 2. 1., *Ἐξηγανάκτουν καὶ πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τὸν ἡγεμόνα,*" G. Wakef. in Mss.]

" Ἐπαγανακτέω, Indignor ob." H. St. Thes. Ind. [Josephus de B. J. ii. p. 177. 6. et p. 203. §. 3. 3. f. ed. Haverc. in Scotti Appendice laud. Clemens Alex. Pædag. iii. p. 296. 16., a G. Wakefieldio in Mss. indicatus: *Τὸ δὲ μὴ ἐπαγανακτεῖν τοῖς ἀκολασταίνουσιν, σαφὲς γίνεται τεκμήριον γνώμης εἰς τὸ ὅμοιον ἐκτρεπομένης.* Plutarchus in Alcibiade xiv. T. ii. p. 26. Reisk., *Ἐπηγανάκτει δ' ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐχαλέπαινε*: et in Agesilao xix. T. iii. p. 659., *Ὁ Δικαίαρχος ἐπηγανάκτησεν.*']

[* *Προσαγανακτέω, ῶ*, Indignor, Indignor insuper s. ultro. Joseph. Ant. iv. p. 227. 29. de Bello i. p. 82. §. 6., in Scotti Appendice laud. Dionys. Hal. i. 621. 14.: *Οὐχ ὅπως ἠγάπησε τηλικαύτης τιμῆς τυχών, ἀλλὰ προσαγανακτήσας εἶπεν.* Hippocrates Epist. ad Damaget. p. 1285. 20.=927., *Πολλοὶ δὲ τῇ ἰδίᾳ φύσει προσάψαντες, ἐχθαίρασσι τὸν εὐεργετήσαντα, μικροῦ δεῖν προσαγανακτοῦντες, εἰ νομίζονται χρειοφειλέται.* Jamblichus de V. Pythag. xxviii. p. 302. ed. Kiessling.: *Ἐπιστημονικὸν γὰρ τοῦτο ἡγεῖτο μᾶλλον καὶ εὔγνωμον, τὸ μὴ ἀντιτείνειν καὶ προσαγανακτεῖν τῇ θείᾳ προνοίᾳ,* Scitius enim hoc rectiorisque judicii existimabat, non repugnare divinæ providentiæ. Appianus de Bell. Civ. i. 46. T. ii. p. 66.: *Μάρσοι μὲν δὴ, δίκην θηρίων, τῷ πταίσματι προσαγανακτοῦντες, αὖθις ὠπλίζοντο.* Uterque locus a G. Wakefieldio in Mss. indicatus est.]

Συναγανακτῶ, Condoleo. Bud. [" *Συναγανακτεῖν* est causam afflicti suscipere et illatam injuriam animo iniquo ferre, non secus, ac si sibi facta esset," Casaub. ad Dionys. Hal. Antiqq. Rom. vii. 45. a Schæfero in Mss. indicatus.] Porro idem vir doctus consuli jubet Toup. Opusc. i. p. 82. et ex eodem Dionysio ibid. i. 81. affert: *Παρὼν γὰρ ἐτύγχανε συναγανακτῶν τοῖς πελάταις.* " Tollenda est *στιγμὴ* post *ἐτύγχανε*: vox enim *συναγανακτῶν* referenda est ad Numitorem, qui forte tunc aderat tanquam patronus, ut causam clientium defenderet. Ex Dionysii igitur sententia Numitor apud fratrem non suam, sed clientium causam agit, iisque ipse *συναγανακτεῖ*: et apud Plutarchum vice versa Amulius suam, non *τῶν χαριτῶν* causam agit, eique adsunt *συναγανακτοῦντες οἱ ἐν Ἄλβῃ*, ut ipse loquitur." Casaub. Plutarchi locus legitur in Romulo cap. vii. T. i. p. 88. Reisk. Idem in Lycurgo c. xi. T. i. p. 182., *Προκέμψαι μέχρι τῆς οἰκίας συναγανακτοῦντας*: in Othone c. 3. T. v. p. 655., *Ἠξίου συναγανακτεῖν καὶ συγκολάζειν*: de Fraterno Amore T. vii. p. 914., *Ἀμελουμένῃ δὲ συναγανακτεῖν, χαλεπαίνουσαν δὲ πραΰνειν*, ut uxori fratris neglectæ rationem habeat, irritatam demitiget. Dionys. Hal. Antiqq. Rom. ix. 39., *Οἱ μὲν γὰρ πατρίκιοι τοῖς ὑπάτοις ὡς καταλυομένης αὐτῶν τῆς ἐξουσίας συναγανακτοῦντες.* Legitur, teste G. Wakefieldio in Mss., et in Synes. 187. Joseph. 501, 23. Menandri Fragmentum, Emend. Bentl. p. 94., a Schæfero in Mss. indicatum: *Καὶ γὰρ ἐποδύρασθαί τι μὴ γελώμενον Καὶ συναγανακτοῦνθ' ὁπόταν οἰκείως ἴρᾳ Ἕκαστος αὐτῶν τὸν παρόντα, παύεται Τοῦτον μάλιστα τὸν χρόνον τοῦ * δυσφορεῖν.*]

Συναγανάκτησις, (Indignatio communis,) Condolescentia, Budæus apud Aristot. [Schæferus in Mss. e Dionysio Hal. Antiqq. Rom. vii. 45. affert: *Καὶ τὰ μὲν ἤδη πεπονθότες δεινὰ, ὦ Βουλὴ, τὰ δ', εἰ μὴ τὸ πλεῖον ὑμῶν μέρος ἐμποδὼν ἐγένετο, παρὰ σχεδὸν ἐλθόντες παθεῖν, ἄρα εἰκότως ἀγανακτοῦμεν, καὶ βοηθείας τινὸς οἰόμεθα δεῖν οὐκ ἄνευ τῆς ὑμετέρας συναγανακτήσεως τυχεῖν, ἐπὶ δίκην αὐτὸν ἴσην καὶ νόμιμον, ὦ Βουλὴ, προκαλούμενοι, περὶ ἣν ἅπασα ἡ πληθὺς μεριοθεῖσα κατὰ φυλὰς, λόγου δοθέντος τοῖς δεομένοις, ἔνορκον ἐποίσει τὴν ψῆφον.* " Rectius abesset *οὐκ.*" Port. " Fallitur eo, quod *συναγανακτεῖν* est causam afflicti suscipere, et illatam injuriam animo iniquo ferre, non secus, ac si sibi facta esset." Casaub.]

[* *Ὑπαγανακτέω*, Subindignor, Clam s. Supra modum indignor. Herodian. ii. 7. 4., ubi egregia quædam notavit Irmisch., et Dionys. H. T. vi. p. 1119. 10. ed. Reisk. De vi augendi aliquando particulæ *ὑπὸ* tributa v. Zeun. ad Viger. p. 673. ed. 1813.]

Ὑπεραγανακτῶ,[2] Supra modum indignor, Vehementer stomachor, vel conqueror. Et *ὑπεραγανακτῶ τούτου*, pro *ἀγανακτῶ ὑπὲρ τούτου.* [" Toup. Opusc. ii. p. 38." Schæferus in Mss. Ælianus Var. Hist. viii. 9., *Ὅτε δὴ ἄλλῳ συνῴκισε τὴν παῖδα, ὑπεραγανακτήσας διέφθειρε τὸν Ἀρχέλαον.* " Josephus 452, 15. 482, 38. 494, 34." G. Wakefieldius in Mss. Plutarchus Consol. ad Apollon. T. vi. p. 441. Reisk.: *Ὁ οὖν ἢ αὐτὸς μέλλων ἀποθνήσκειν, ἢ τέκνων ἀποθανόντων, ὑπεραγανακτῶν, πῶς οὐ καταφανῶς ἐπιλέλησται, ὅτι καὶ αὐτὸς ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τὰ τέκνα θνητὰ ἐγέννησεν;*]

ΑΓΑΠΑΩ, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Amo, Diligo. Quidam scripserunt ἀγαπῶ, minus esse quam φιλῶ, ut Diligo[3] minus quam Amo: sed ut hæc apud Latinos, ita illa apud Græcos differentia, [quamvis sæpe

[1] Jamblichus Pythag. Vita xxxi. p. 404. ed. Kiesaling. (Lipsiæ 1815.): *Ὡς εἶδε τόν τε ἐπίτροπον καὶ τοὺς ἄλλους οἰκέτας οὐκ εὖ τῶν περὶ τὴν γεωργίαν ἐπιμελείας πεποιημένους, ἀλλὰ μεγάλῃ τινὶ κεχρημένους ἀλιγωρίᾳ ὑπερβολῇ, ὀργισθεὶς τε καὶ ἀγανακτήσας οὕτως, ὡς ἂν ἐκεῖνος, εἶπεν, ὡς ἔοικε, πρὸς τοὺς οἰκέτας, ὅτι εὐτυχοῦσιν, ὅτι αὐτοῖς ὀργισται· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο συμβεβηκὸς ἦν, οὐκ ἂν ποτε αὐτοὺς ἀθῴους γενέσθαι, τηλικαῦτα ἡμαρτηκότας.* Locus corruptus ita corrigatur, si legamus: *ὀργισθείς τε οὕτως ὡς ἂν ἐκεῖνος, ἠγανάκτησεν, ὡς ἔοικεν, εἰκὼν πρὸς τοὺς οἰκέτας,* Atque iram concipiens, eam nimirum iram, quam tantæ virtutis homo concipiat, indignatus est, ut par erat, ita reprehendens servos verbis etc. Ita Wyttenbach. in Mahnii Diatr. de Aristoxeno p. 48. G. Wakefieldius, in Sylv. Crit. iv. p. 33. a Schæfero in Mss. indicatus, pro *ἐπιμελείας* reposuit *ἐπιμελείαν*, deinde, omissis istis, *ὀργισθείς τε*, legit *ἐπηγανάκτησεν οὕτως, ὡς ἔοικε, πρὸς τοὺς οἰκέτας, ὡς ἂν ἐκεῖνος εἶπεν.* " At veram hujus loci lectionem servavit Codex Ciz., *καὶ ἀγρυακτήσας* pro *ἠγανάκτησεν*, quod antea legebatur. *Εἶπεν* pendet ex *ὅτι*, et verba *ὀργισθεὶς τε καὶ ἀγανακτήσας οὕτως, ὡς ἂν ἐκεῖνος*, hanc vim habent, Tanta ira et indignatione concepta, quantam talis vir concipiat." Kiessling. In Olympiodori Vita Platonis p. 8, 8. ed. Etwalli legitur, *Ἐπὶ τούτων οὖν ὁ Διονύσιος ἀγανακτήσας.* Lege, *ἐπὶ τούτοις*: nusquam enim alibi reperitur verbum *ἀγανακτέω* cum præpos. et genitivo.

[2] " *Δυσανακτέω πρὸς τὴν θάλασσαν*, e Plut. Rom. affertur pro A mari abhorreo. Sed puto scribendum potius *δυσαγανακτέω*, " vel *δυσανιστέω*, quod erit Ægre fero, Succenseo." H. St. Thes. Ind. Respicitur ad Plutarchi Romulum init. T. i. p. 77. ed. Reisk. ubi tamen est: *Ταῖς δὲ γυναιξὶν αὐτῶν ἀκορουμέναις ἤδη καὶ δυσανασχετούσαις πρὸς τὴν θάλασσαν.*

Obiter nobis liceat errorem notare, in quo est Fr. Aug. Guil. Spohnius Comment. de extr. Odysseæ Parte Lips. 1816. 8. p. 181.:—" Eustathius p. 1968, 24., *Ἔκλησις δὲ ἡ ἄγαν λήθη, κατ' ἐπίτασιν προθέσεως, καθὰ καὶ * ἐσίγησεν * Πυθαγορικῶς ἡ ἄκρα σιγή. Ἡ ἄγαν λήθη* e modo loquendi serioribus Græcis usitato, ita apud Eustath. p. 1962, 44. *ἡ ἄγαν συττομία*, p. 1963, 15. *τὸ ἄγαν στύφον*, p. 1967, 59. *ἡ ἄγαν ὀρμή.* Tzetz. in Schol. ad Lycophr. T. ii. p. 570. ed. Müller. *ἡ πάνυ λεπτότης.*" Fallitur vir doctus, hunc loquendi modum serioribus Græcis tribuens, tanquam si Atticis et vetustioribus scriptoribus in usu non sit, cum exempla e Platone sumta Noster suo in Thesauro supra laudarit. L. C. Valckenaerius in Mss. e Sophoclis Antig. 1235. ed. Lobeck. affert *ἡ ἄγαν σιγή*: cf. v. 1240., *Καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος.* " *Ἄγαν* præponitur interdum vocabulis ita, ut cum illis arcte copulandum, et duo istæc pro uno habenda et proferenda sint, ut in illo, *Τούτοις τῆς ἄγαν—κολακείας ἐπισχήσετε*, 1128, 16. tanquam *ἄγαν* sit præpositio, ut sunt illa Latinorum *præ* et *ve* (*vegrandis*), *Εἰ μὴ ταύτην τὴν ἄγαν ἐξουσίαν σχήσετε*, 428, 22." Reiskius in Indice Demosthenæ Græcitatis p. 4. Exempla hæc *τοῦ ἄγαν* cum superlativo affert Jacobsius in Appendice ad Porsoni Advers. p. 313.:—" Æliani H. A. xi. 10., *Τοῦτο γὰρ οἱ φασιν οἱ θερατευταί τε καὶ ἱερεῖς λυσιτελεῖν ἀεί, Νειλῴου τίνειν, κἄτα πταίσασθαι· καὶ γὰρ γλικὺ τούτου τοῦ ῥεύματος, καὶ εἰς ὄγκον σαρκῶν ὄντος ἀγαθοῦ.* Nisi in postremis aliquid ad sensum implendum excidit, scribendum videtur, *Ὡς ἄγαν γλικυτάτου τοῦ ῥ. καὶ εἰς δ. σ. ὄντος ἀγαθοῦ.* In his saltem *γλικυτάτου* verum, quod cum *ἄγαν* conjunctum ab Æliani consuetudine non abhorret. L. i. 33., *Κύνας ἄγαν ἀγρωστάτους.* [Locum hunc citat Abreschius Animadvv. ad Æschylum i. 20 p. 133. quem vide.] L. viii. 13., *Ὀφθαλμοὺς ἄγαν βραχίστους.* Agath. in Anthol. Pal. p. 120. nr. 216., *Καὶ * κατακαγχάξειν τῶν ἄγαν οἰκτροτάτων*, ubi frustra tentavi *οἰκτρολάλων.* Conjunctionis *ὅτι* cum *καὶ* permutatæ exempla sunt ubique obvia." Vide notas ad Gregor. Cor. p. 24. et 201. et Bastium in Comment. Paleogr. p. 717. 781. et 816.

[3] " Diligere aliquem est, propter virtutes ejus a nobis cognitas magni facere; cum Amare contra sit, suavi illo sensu moveri amoris, qui non tam ex virtutibus alterius atque a certo judicio proficiscitur, quam a sensu; unde interdum distinguuntur Diligere et Amare." Ernestius in Clave Ciceroniana. " Diligere interdum plus est, quam Amare: nimirum quando

servetur, sæpe tamen] confunditur. Et fuerunt qui contra putaverint ἀγαπῶ plus esse quam φιλῶ. [Nam, ut apud Latinos Amare plus est quam Diligere, contra autem alia ratione plus est Diligere quam Amare, quid impedit, quominus dicamus Ἀγαπῶ modo plus, modo minus esse, quam φιλῶ? Vide Forcellinum in nota laudatum. Plato Lysid. T. v. p. 235. ed. Bipont., Ὁ δὲ μή τον δεόμενος, οὐδέ τε ἀγαπᾴη ἄν· οὐ γὰρ οἶν. Ὁ δὲ μὴ ἀγαπᾴη, οὐδ' ἂν φιλοῖ. Οὐ δῆτα. Ὁ δὲ μὴ φιλῶν γε, οὐ φίλος; Sed Ἀγαπᾶν hoc loco est Expetere, ut Latina versio habet. Iterum in Lyside p. 246. Plato, Καὶ οὕτω δὴ ἂν τότε γένοιτο κατάδηλον, inquit, ὅτι διὰ τὸ κακὸν τἀγαθὸν ἠγαπῶμεν καὶ ἐφιλοῦμεν, ὡς φάρμακον ὂν τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακὸν, νόσημα. Hic quoque verbi ἀγαπᾶν idem est sensus: 'Atque ita jam manifestum fieret, quod propter malum, bonum quæsiverimus amaverimusque, quasi bonum sit mali remedium, malum vero morbus.' Psalm. xxxiii. 12., Ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθὰς, Desiderans dies videre bonos: xxxix. 22., Οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου, Expetentes salutem tuam. Vide Biel. in Nov. Thes. Philolog. v. Ἀγαπάω. Schol. C. D'O. ad Aristoph. Plut. 642., a Schæfero in Mss. laudatus: Ποθοῦσα, ἀγαποῦσα,[1] "quam formam," inquit T. Hemst., "non semel adhibuit pro ἀγαπῶσα: explicatio vero, si usum Græcæ linguæ castigatum adtendas, non satis commoda." Sed criticum summum sic scribentem falli ex exemplis supra laudatis satis patet. Platonem igitur Wetstenius ad Jo. xi. 3. agens de differentia inter ἀγαπῶ et φιλῶ, citare non debuerat. Sed recte e Dione xliv. p. 175. affert, Ἐφιλήσατε αὐτὸν ὡς πατέρα, καὶ ἠγαπήσατε ὡς εὐεργέτην. Cui exemplo addi potest Xenoph. Memorab. ii. 7. 9., Ἐὰν δὲ προστάτης ᾖς, ὅπως ἐνεργοὶ ὦσι, σὺ μὲν ἐκείνας φιλήσεις, ὁρῶν ὠφελίμους σεαυτῷ οὔσας, ἐκεῖναι δὲ σὲ ἀγαπήσουσιν, αἰσθόμεναι χαίροντα σὲ αὑταῖς: at sect. 12. inverso ordine, Αἱ μὲν ὡς κηδεμόνα ἐφίλουν, ὁ δὲ ὡς ὠφελίμους ἠγάπα. Utrumque tamen verbum sine ulla differentia in universum notat, inquit Schleusnerus in Lex., benevolentia aliquem complecti, amare ita, ut paratus sis ad hanc benevolentiam quovis modo et tempore demonstrandum. Unde Christo interroganti, Jo. xxi. 15. Ἀγαπᾷς με πλέον τούτων; respondet Petrus, Ναὶ, Κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε.] Isocr. in Hel. Encomio (T. ii. p. 342. ed. Augeri), Ἦν ἐπιδείξωμεν τοὺς ἀγαπήσαντας καὶ θαυμάσαντας ἐκείνην, αὐτοὺς τῶν ἄλλων θαυμαστοτέρους ὄντας. Xenoph. K. H. vii. (5. 18. p. 447.), Ποτε μονονοὺκ ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιεφέρομεν αὐτοὺς ἀγαπῶντες, (i. e. præ amore.) Idem Memorab. i. (5. 4.) de honesto et de inhonesto amore usurpavit simul, scribens, Τὰς πόρνας ἀγαπῶντα μᾶλλον ἢ τοὺς ἑταίρους. Hinc etiam ὁ ἀγαπώμενος et ἡ ἀγαπωμένη, pro ὁ ἐρώμενος et ἡ ἐρωμένη, ut dicetur infra. [V. Damm. in Lex. p. 150. qui primariam verbi hujus notionem esse amatoriam censet.] Usurpatur etiam de amore rerum inanimatarum, ut Isocr. ἀγαπᾷν τὸν πλοῦτον, amare divitias, dixit. Plato Polit. ii. (i. 4.)[2] ἀγαπᾷν τὰ χρήματα et ἀσπάζεσθαι, pro eodem ponit: ut Latine dixeris, Amare pecunias, vel Amplecti pecunias, pro Pecuniarum studio vel amore teneri. Dicitur autem aliquando, Ἀγαπῶ τοῦτο ἀντὶ ἐκείνου, vel Ἀγαπῶ τοῦτο πρὸ ἐκείνου, pro, Præfero hoc illi, Antepono hoc illi, ad verbum, Amo hoc pro illo vel loco illius, et, Amo hoc præ illo. Demosth. Pro Corona (p. 263, 6. Reisk.), Οὔτ' ἐν τοῖς Ἕλλησι τὰ Φιλίππου δῶρα καὶ τὴν ξενίαν ἠγάπησα, ἀντὶ τῶν κοινῇ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι συμφερόντων. Plut. in Camillo, Ἀγαπῆσαι τὴν ἧσσαν πρὸ τῆς ἐλευθερίας. Jungitur et cum μᾶλλον: ut, Ἀγαπῶ μᾶλλον δόξαν ἢ χρήματα, Amo magis gloriam quam pecunias, pro, Præfero gloriam pecuniis. [Jo. xii. 43., Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ: iii. 19., Καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς. Matth. vi. 24., Τὸν ἕτερον ἀγαπήσει,[3] Alterum præferet. Jo. xiii. 23., Ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, quem præ ceteris Apostolis amabat Jesus. Rom. ix. 13., Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, Jacobum prætuli. "In quibus omnibus locis," inquit Schleusnerus in Lex., "ὑπὲρ vel μᾶλλον omissum videtur, quod additur Jo. iii. 19. xii. 43." Il. cc. E contrario formula, οὐκ ἀγαπᾶν, est Postponere, Minus curare, et Negligere. Apoc. xii. 11., Καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου.] Item cum infinitivo,[4] ut Amo apud Latinos, [Horat. Od. ii. 3. 9. iii. 16. 9. Epod. viii. 15. Plin.

verbum Amare ad æstum libidinis refertur, a quo abesse possit vera benevolentia. Catull. 73. ad Lesbiam:—"Dilexi tum te, non tantum ut vulgus amicam, Sed pater ut gnatos diligit et generos. Nunc te cognovi. Quare etsi impensius uror, Multo mi tamen es vilior et levior. Qui potis est? inquis. Quod amantem injuria talis Cogit amare magis, sed bene velle minus." Gesnerus Thes. L. L. Cicero in Lælio 100. c. xxvii.: Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita. Nonius v. 3.: "Inter Amare et Diligere hoc interest, quod Amare vim habet majorem, Diligere autem est levius amare." "Differunt Amare et Diligere, quod Amare est ex appetitu, Diligere ex ratione. Hinc Amare dicuntur etiam bruta animalia, Diligere soli homines. [Vide Cic. de Fin. Bonorum et Malorum iii. 5.] Hinc etiam Amare plus est quam Diligere: quia appetitus amans ardentius, vehementiusque fertur in rem amatam, quam ratio, quæ cautius, ut ita dicam, et lentius. Cic. ad Brut. Ep. 1. Clodius valde me diligit, vel, ut ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat. Id. ix. Fam. Ep. 14.: Quis erat, qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. Id. Fam. xiii. Ep. 47.: Eum a me non diligi solum, verum etiam amari. Id. in Fragm. apud Non. c. iv. n. 70. et c. v. n. 3.: Me aut amabis, aut, quo contentus sim, diliges. Contra alia ratione plus est Diligere, quam Amare, hoc est æstimabilius. Nam diligimus propter virtutem; amamus propter voluptatem: diligimus ratione, ut dictum est, et quasi delectu adhibito, unum præ alio amplectimur, [Cic. Fam. i. 9., Eum non solum beneficio, sed amore etiam et perpetuo quodam judicio meo diligebam:] amamus impetu quodam et cupiditate. Cic. Verr. vi. (iv.) cap. 23., Archagatus [Archagathus] homo nobilis, qui a suis et amari, et diligi vellet. Id. Fam. xv. Ep. 7., Te semper amavi dilexique. Terent. Eun. 1, 2, 16., Non quo quenquam plus amem, aut plus diligam, eo feci." Forcellinus in Latinitatis Lexico. Plin. Ep. iii. 9. 7.: Quem ego cum olim mutuo diligerem, ex hac officii societate amare ardentius cœpi.

[1] De forma Ἀγαπέω Schæferus in Mss. affert e Fischeri Animadvv. ad Gram. Gr. Velleri i. p. 56.:—"Omnino Iones, ut Dores, vocalem ᾱ mutarunt in vocalem η̄ ante vel post consonantes λ et ρ̄, v. Hemsterh. ad Thom. M. v. ἔαλος p. 862. et in verbis in syllabas άω desinentibus, ut Ἀγακέομες, Archytas Fragm. p. 675. Gal. 2."

[2] Initio libri secundi, (p. 35. ed. Astii,) ἀγαπᾶν et ἀσπάζεσθαι pro eodem ponuntur: Τί δέ; ὃ αὐτό τε αὑτοῦ χάρον ἀγαπῶμεν καὶ τῶν ἀν' αὐτοῦ γιγνομένων; οἷον αὖ τὸ φρονεῖν καὶ τὸ ὁρᾶν καὶ τὸ ὑγιαίνειν τὰ γὰρ τοιαῦτά που δι' ἀμφότερα ἀσπαζόμεθα. Cum hoc loco conferendus est locus in Gregorii Naz. Invect. in Julianum p. 31. ed. Etonæ 1610., Οἵ γε ἀληθῶς φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι, τὴν πρὸς τὸ καλὸν οἰκείωσιν ἀγαπῶντες δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, οὐ τὰς ἀποκειμένας ἐντεῦθεν τιμάς. Vide locum e Platonis Lyside T. v. p. 246. ed. Bipont. supra laudatum.

[3] "Luc. xiv. 26., Εἴ τις ἔρχεται πρὸς μὲ, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὰς ἀδελφὰς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δύναται μου μαθητὴς εἶναι, ubi τὸ μισεῖν, vero Hebraismo, est ἐν δευτέρῳ ἔχειν, quod ab iis fit qui aliquem secundo loco habent aut postponunt alteri: et ita plerunque. Tale est illud, Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, apud Matth. et Luc.: μισήσει, ἐν δευτέρῳ ἕξει, alteri postponet, loco secundo habebit, ἀγαπήσει autem, μᾶλλον ἀγαπήσει. Neque aliter interpretatus est Matthæus (x. 37.), qui, Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ. Ita Lea μισεῖσθαι dicitur, cui altera præfertur, Genes. xxix. 31., Ἰδὼν δὲ Κύριος ὅτι μισεῖται Λεία. Neque aliter locum Deut. xxi. 15., περὶ τῆς ἠγαπημένης καὶ μισουμένης γυναικὸς, acceperim, quod Latine, de dilecta et posthabita uxore, dicas: Ἐὰν δὲ γένωνται ἀνθρώπῳ δύο γυναῖκες, μία αὐτῶν ἠγαπημένη, καὶ μία αὐτῶν μισουμένη, ubi μισουμένη, ἐν δευτέρῳ οὖσα, ut et deinceps. Hic autem recte, Et non postponit, dicas. Quid, quod Euripides ad eundem fere modum Alcestide [v. 346. Monk.], Οἵων δὲ πένθος οὐκ ἐτήσιον τόδε, Ἀλλ' ἥς τ' ἂν αἰὼν δύμὸς ἀντέχῃ, γόνυ, Στυγῶν μὲν ἦ μ' ἔτικτεν, ἐχθαίρων δ' ἐμὸν Πατέρα· λόγῳ γὰρ ἦσαν, οὐκ ἔργῳ, φίλαι. Ubi στυγεῖν, Minus amare quam alium. Quomodo μισεῖν parens dicitur, qui minus amat, aut qui alium, ut Christum, præfert. Quod Tertulliano scrupulum injecit, effecitque ut locum illum, Ἡ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει etc., Quia alterum offendi sit necesse, alterum defendi, redderet." D. Heinsii Observv. Sacr. p. 167. ed. Cant. 1640.

[4] Etiam cum participio; nam Schol. C. D'O. ad Aristoph. Plut. 645. apud T. Hemsterh. ad v. 641. φιλεῖν δρῶσα exponit per ἀγαπᾷν ποιοῦσα, quod ita damnat T. H., ut "explicationem, si usum Græcæ linguæ castigatum adtendas, non satis commodam" putet. An sibi voluit vir magnus ἀγαπᾷν sic positum pro solere non satis Græcum esse? Sic tamen loquuntur Aristoteles (Econ. ii. a Nostro laudatus, et Jerem. xiv. 10. et Os. xiii. 7. a Bielio in Thes. citati, aliique plures. Sed forte ei in animo erat negare ἀγαπᾷς ποιοῦσα dici posse pro ἀγαπᾷς ποιεῖν. At, tametsi in locis ex Aristotele, Jerem. et Os. prolatis infinitivum

ius xiii. 4., Palma toto anno bibere amat. "Φιλέω, ut notavit etiam Quintilian. ix. 3. eadem ratione usurpatur: et videtur quodammodo reduci ad verbum Soleo, quia quæ amanter facimus, sæpe facimus." Forcellinus in Latinitatis Lex.] Aristot. Œcon. ii., Τοὺς Λυκίους ὁρῶν ἀγαπῶντας τρίχωμα φέρειν. ["Jerem. xiv. 10., Ἠγάπησαν κινεῖν πόδας αὐτῶν, Amant h. e. solent, consuescunt movere pedes suos: Os. xiii. 7., Καταδυναστεύειν ἠγάπησε, Amat h. e. solet opprimere." Bielii Thes. h. v.] ‖ Significat etiam, Amice et hilariter accipio. Odyss. Ψ. 214., Οὕνεκά σ' οὐ τὸ πρῶτον, ἐπεὶ ἴδον, ὥδ' ἀγάπησα. Ubi Eustath. (p. 1946, 1. ed. Rom.) significare dicit ἐφιλοφρονησάμην, et ita sumi ut ἀμφαγαπάζειν. Videtur autem hic uno verbo complecti voluisse Penelope illa benevolentiæ et amoris signa, quæ Ulyssi exhibuerat, manus collo injiciens, et caput deosculans. [Vide Dammii Lex. p. 150.] Unde Auctor brevium Scholiorum ἀγάπησα exponit hic περιεπτυξάμην, Amplexata sum, expansis ulnis. ‖ Ἀγαπάω, item pro Osculor, ut ait Eustath. (p. 1935, 35.), qui exponens hæc verba e fine Od. X. (499.), Καὶ νύνεον ἀγαπαζόμεναι, scribit hinc videri sumsisse Homeri posteros usum verbi ἀγαπᾶν[1] pro φιλεῖν, et ἀγάπην pro φίλημα.

Ἀγαπᾶν, Contentum esse, Cicerone (de Univ.) interprete: quod enim Plato (in Timæo T. ix. p. 304. ed. Bipont.) dicit, Ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή, interpretatur, Contentique esse debetis, si probabilia dicentur. Vide Cic. interpret. p. 14. in Lex. Ciceroniano. [Glossæ: Ἀγαπῶν· Contentus, O.] Sic Isocr. in Panegyrico (T. i. p. 258. ed. Augeri) dixit, Ὥστε καὶ[2] τοὺς ἀφεστῶτας μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ὁμόρων ζητεῖν ἐπάρχειν, i. e. Non jam libertate contenti essent, Non sat haberent esse liberi, Non boni consulerent libertatem. Non male exponitur in vulg. Lexicis, Ut non jam amplius libertatem affectarent. Sic in Πρεσβευτ. Libanius, Ἀγαπᾶν τοὺς ἀρχαίους ὅρους, Contenti esse antiquis finibus. Thucyd. vi. (18.), Οὐκ ἀγαπήσαντες τὴν ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίαν. Demosth. Phil. ii. (p. 70. ed. Reisk.), Οἷς διὰ μὲν πλεονεξίαν τὰ παρόντα ἀγαπήσειν οἴεται, Contentos fore præsenti rerum statu. Pro eodem sæpe etiam dativo jungitur, ut significationem, ita et constructionem habens verborum ἀρκοῦμαι et στέργω.[3] Sic apud Lysiam (Orat. Funeb. super Humatis in Ceramico p. 82. Reisk.), Ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς, οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, ἀλλ' ἐλπίζων καὶ τὴν Εὐρώπην δουλώσεσθαι. [Locum hunc et Phavor. laudavit. Grammaticus S. Germ. in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 129.: Ἀγατῶ, δοτικῇ. Λυσίας ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ· Ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς, οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς. Καὶ πρὸς αἰτιατικήν. Demosth. Or. in Bœot. de Nom. p. 1002., Οὐκ ἀγαπᾷ Βοιωτὸς τουτοισὶν, Bœotus his non contentus est.] Non raro et cum particula εἰ, vel ἤν, sive ἐάν, (sive ἄν,) jungitur. Isocr. (Or. Areopag. T. ii. p. 146. ed. Augeri, Μηδ' ἀγαπᾶν, εἰ κακοδαιμονησάντων καὶ μανέντων ἀνθρώπων νομιμώτεροι γεγόναμεν. Idem Or. ad Phil. T. i. p. 322., Μὴ καὶ δόξω τισὶν ἀγαπᾶν εἰ χαριέντως αὐτοὺς ἠμυνάμην. Idem,) Οὐδ' ἐν τούτοις τοῖς κακοῖς ἠγάπησα, εἰ τοὺς οἰκείους τοὺς ἐμαυτοῦ διασῶσαι δυνηθείην. Dionys. Hal. Antiqq. Rom. ii., Οἵ τε ἀγαπῶντες καὶ τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν εἰδότες, εἴ τις αὐτοὺς εἴα τὴν ἑαυτῶν ἔχειν ἀσφαλῶς, i. e. Et qui boni consulebant, vel, Et qui præclare secum agi putabant, ac magnam Diis gratiam habebant, si etc. Xenoph. K. Π. viii. (2. 4.), Καὶ ἀγαπᾶν ἦν καὶ οὕτως ἱκανοὺς αὐτὸν τρέφειν ἐργοδότας λαμβάνῃ. [Isocr. Epist. T. i. p. 418. 5., Ὥστ' ἀγαπᾶν ἦν τὴν χώραν τὴν αὐτῶν ἔχωσιν. Dionys. Hal. Antiqq. Rom. viii. 47. T. iii. p. 1614. 8. ed. Reisk., Ἀλλ' ἀγαπᾶν, ἐὰν τὰ ἑαυτῶν ἔχειν τις αὐτοὺς ἐᾷ. Demosth. Olynth. iii. p. 37, 2. Reisk., Ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῳημένοι χρήματα, καὶ συμμάχους, ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, ἀγαπῶντες ἐὰν μεταδιδῶσι θεωρικῶν ὑμῖν, ἢ βοΐδια πέμψωσιν οὗτοι. Lysias Accus. Dardanariorum p. 722. 6., Ἀλλ' ἀγαπῶμεν ἂν ὁπωσουτιοσοῦν πριάμενοι παρ' αὐτῶν ἀπέλθωμεν.] Nonnunquam etiam cum infinitivo. Herodian. (ii. 15. 8. ubi vid. Irmischius,) Ἀγαπήσας ἄνευ μάχης καὶ κινδύνου λαβεῖν ταῦτα. [Idem iv. 15. 20., Ἀγαπῶν τε τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὰ χρήματα ἀναιμωτὶ ἀπολαβεῖν. Vide Zeunium ad Vigerum c. v. s. 4. p. 221. Lucianus Dial. Mort. xii. 4. T. i. p. 386. 49., Οὐκ ἠξίωσα, τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν περιέπων, ἀγαπᾶν ἄρχειν ὑπόσων ὁ πατὴρ κατέλιπεν, Indignum existimavi, si, soli Macedonum regno incubans, contentus essem imperio, a patre mihi relicto. Theophrastus de C. P. iii. 2., Ὅσοι δὲ καὶ τὸ θεωρεῖν μᾶλλον ἀγαπῶσιν.] Sæpe cum participio. Luc. in Timone, Ἀγαπῶ ἀποφέρων τέτταρας ὀβολοὺς, [cap. 12. T. i. p. 121. 13., Ἀγαπάτωσαν ἆθλοι, τέτταρας ὀβολοὺς ἀποφέροντες.] Idem alibi, Ἀγαπῶ συνὼν μιᾷ, [Dial. Mort. xxii. 4. T. i. p. 272, 8., Ἐρωτικὸς γάρ εἰμι, καὶ οὐκ ἂν ἀγαπήσαιμι συνὼν μιᾷ. Demosth. Περὶ Συντάξεως p. 175. 2., Νῦν δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἀγαπᾷ κατασκενάζουσα, καὶ κρήνας, καὶ κονιάματα, καὶ λήρους. Isocr. in Panathenaico T. ii. p. 428. ed. Augeri, Τούτων ἁπάντων μοι συμβεβηκότων, τῶν μὲν ὑπερβαλλόντως, τῶν δ' ἐξαρκούντως, οὐκ ἀγαπῶ ζῶν ἐπὶ τούτοις. Sequentia loca laudavit Schæferus in Mss.: Dionys. Π. Antiqq. Rom. viii. 49. T. iii. p. 1420. Reisk., Οὐκ ἠγάπησε ταύτης τυχὼν τῆς χάριτος, Alciphr. i. 5., Ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ τὴν τῶν ἀναγκαίων εὐπορίαν ἐκ τῆς καθημερινῆς ἐργασίας τῶν χειρῶν ποριζόμενος, ubi vid. Berglerus, i. 38., Ἀλλ' ὑπὸ τοὐμὸν ἡγάπα κοιμωμένη χλανίσκιον τὸ λιτὸν τοῦτο καὶ δημοτικὸν, iii. 61., Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἐν ταπεινῷ τῷ σχήματι τὴν πατρῴαν ἀποβαλὼν οὐσίαν, ἀγαπῶ τῇ γαστρὶ τὴν ἀναγκαίαν πλησμονὴν ἐκπορίζων.[4] Cum particula ὅτι apud Hom. Odyss. Φ. (289.), Οὐκ ἀγαπᾷς, ὅθ' ἕκηλος ὑπερφιάλοισι μεθ' ἡμῖν Δαίνυσαι;

habeamus, participium tamen pro eo usurpari posse, minime dubitamus, præsertim cum φιλεῖν, solere, et cum participio, (ut in Aristophanis loco, φιλεῖς δρῶσα,) et cum infinitivo, (ut in Luciani Adv. Indoctum xviii. T. iii. p. 114., Ὡς φιλεῖ τὰ τοιαῦτα ἐν ξυνουσίᾳ προχωρῆν ἐς μῆκος λόγων,) jungatur. Sic Anglice dicimus, 'I love doing so,' 'I love to do so.'

[1] "Ἀγατᾶν scribendum sine ι subscripto, non ἀγαπᾶν. A veteribus enim Græcis hujusmodi traditur regula: Τὰ εἰς ῶν ἀπαρέμφατα οὐκ ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον· ὅτι τὰ εἰς ν λήγοντα ῥήματα οὐδέποτε ἔχει πρὸ τοῦ ν τὶ ἀνεκφώνητον, h. e. Infinita in ῶν desinentia non habent ι subscriptum, quia verba in ν finita nunquam habent ante ν quicquam non prolatum. Quicquid enim in verbis præcedit ν plene profertur, quod exemplis patet: ut, τύπτειν, ἐτύφθην, ἐτύπην, τυφθεῖν, τυπεῖν, ποιεῖν, ἐποίουν—ἐποίουν, ἐβόων—ων, ἐβοήθουν, βοηθεῖαν, etc. Sic Etymologus [p. 201. 50.], eumque secutus Urbanus, aliique Grammatici, quod etiam in correctissimis librorum exemplaribus accuratissime observatur." Vir doctus hæc notavit ad Vigerum de Præcip. Gr. Dict. Idiotism. p. 220. ed. Lips. 1813. Irmischius ad Herodiani Indicem v. Ἀγαπᾶν Vigero ipsi verba ista tribuit. Sed eum falli, satis patet ex Hoogeveenii præfatione, ubi legitur p. xxi.: "Retinui quæ a viro quodam docto addita in Leidensi Editione his signis [ ] inclusa inveniuntur."

[2] Καὶ in Augeri Editione non legitur.

[3] Dinarchus p. 63. T. iv., Στερκτέον εἴη τοῖς συμβαίνουσιν. Etymologus v. Στέργω p. 725. 55. de constructione verbi στέργειν præcipit, Εἰ μὲν συντάττεται, inquiens, μετὰ δοτικῆς, σημαίνει τὸ ἀρκοῦμαι, εἰ δὲ μετὰ αἰτιατικῆς, σημαίνει τὸ ἀγαπῶ καὶ φιλῶ. Phavorinus: Ἀγαπῶ· τὸ φιλῶ, αἰτιατικῇ συντάσσεται, οἷον, Ἀγαπῶ τοὺς φίλους, Ἀγαπῶ σε πλέον τούτων. Ἀγαπῶ δὲ τὸ ἀρκοῦμαι, δοτικῇ, ὡς παρ' Ὁμήρῳ, καὶ Λυσίας· Ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, ἀλλὰ ἐλπίζων τὴν Εὐρώπην δουλώσασθαι (δουλώσασθαι), ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας στρατιάν. Sed uterque fallitur; nam, ut ex exemplis a Nostro laudatis satis patet, et στέργειν et ἀγαπᾶν, cum pro ἀρκεῖσθαι ponantur, modo dativum, modo accusativum comitem habent. Vide Fischeri Animadvv. ad Gram. Gr. Velleri iii. p. 409-10. Ceterum Phavorinus his verbis, Ἀγαπῶ δὲ τὸ ἀρκοῦμαι, δοτικῇ, ὡς παρ' Ὁμήρῳ, splendide erravit. Homerus enim nusquam ἀγαπῶ τὸ ἀρκοῦμαι usurpavit. Sed ecce iterum Crispinus ille: Ἀγαπῶ· φιλῶ, ἀσπάζομαι, στέργω, πείθω, ἐρῶ ὅπερ Ὅμηρος ἔπεισε τοὺς ὕστερον ἐπὶ τοῦ ἀρκεῖσθαι τιθέναι, ὃ καὶ μετὰ δοτικῆς ἐκεῖνοι συντάσσουσιν, ὡς φθάσαντες εἴπομεν. Imo in loco, ad quem nos hic remittit, dixerat Homerum ipsum verbum ἀγαπᾶν dativo junxisse. Cf. Eustath. p. 1910, 30.

[4] "Scriptum ἐκπορίζειν. Potest et ἐκποριζόμενος, ut supra." Bergler. "Quem locum Alciphronis alium in mente habuerit Berglerus, non habeo dicere. Ad sensum similis est Lib. i. Ep. 13., Ἀγαπητῶς ἐκπορίζοντα, non ἐκποριζόμενον." Wagner.

[" Non pro magno id suscipis, quod quietus nobiscum valde nobilibus epularis?" Dammius in Lexico p. 150. Eustath. p. 1910. 30., *Τὸ δὲ ῥηθὲν οὐκ ἀγαπᾶς ἔπεισε τοὺς ὕστερον ἐπὶ τοῦ ἀρκεῖσθαι τιθέναι τὸ ἀγαπᾶν, ὃ καὶ μετὰ δοτικῆς ἐκεῖνοι συντάσσουσιν*, quam observationem haud ineptam esse notat Zeunius ad Vigerum l. c. Vide Phavor. in v. qui ad Eustathii verba respexit.] Quod imitatus Lucianus dixit (in Nigrino xxi. T. i. p. 59.), *Τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀλλοτρίᾳ φωνῇ προσαγορεύοντες, ἀγαπᾶν ἀξιοῦντες, ὅτι μόνον αὐτοὺς προσέβλεψαν.* Ubi male putatur, qui error est et in Lexx. vulg., *ἀγαπᾶν* absolute positum hic esse pro *ἱκανὸν εἶναι*, satis esse, perinde ac si dixisset, *ἀγαπητὸν εἶναι*: quum Græce dici non possit, *τοῦτο ἀγαπᾷ*, pro *τοῦτο ἀγαπητόν ἐστι*. Non igitur ita verti debet, ut illic vertitur, Satis esse rati, si solum aspexerint. Nam *ἀγαπᾶν* non refertur ad eos qui resalutant, sed ad obvios qui salutantur. Et intelligendum est, *ἀξιοῦντες τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀγαπᾶν*, hoc sensu, Æquum esse judicantes ut obvii contenti sint se fuisse ab ipsis aspectos tantummodo. Ad verbum, Contenti sint quod solum eos respexerint. [Idem in Deorum Concilio iii. T. iii. p. 529., *Πολλοὶ γάρ, φημὶ, οὐκ ἀγαπῶντες ὅτι αὐτοὶ μετέσχουσι τῶν αὐτῶν ἡμῖν ξυνεδρίων.* Thucyd. vi. 36., *Ἐπεὶ ἔγωγε ἀγαπᾶν οἶμαι αὐτοὺς ὅτι οὐχ ἡμεῖς ἐπ' ἐκείνους ἐρχόμεθα, πόλεις τοσαῦται, καὶ οὕτω μεγάλαι.* Jungitur et cum præpos. *ἐπὶ*, ut notat Irmischius ad Herodian. ii. 15. 8., a Luciano in Judicio Vocalium T. i. p. 83., *Ὥστε ἐφ' οἷς ἡσύχασα πολλάκις οὐκ ἀγαπῶν*, quod ibi vertitur: Ut non sit contentum iis, quæ ego sæpe dissimulavi. Sed hic *ἐπὶ* ad verbum *ἡσύχασα*[1] referri possit. Nescimus cujus sint verba hæc a Vigero adlata in Libro de Præc. Gr. Dict. Idiotismis cap. v. sect. iv. p. 221., *Ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ πολιτείᾳ καθεστῶσιν ἀγαπᾶν*, Contentum esse iis, quæ constituta in republica fuerint. Suidas et Grammaticus S. Germ. in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 324.: *Ἀγαπᾶν· τὸ ἀρκεῖσθαί τινι καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν.* Zonaras p. 38.: *Ἀγαπᾶν· ὅπερ ἐστὶν ἐξ ἀγάπης, λέγεται δὲ καὶ τὸ ἀρκεῖσθαι.* Ponitur absolute ac sine casu in Luciani Necyomantia xvii. T. i. p. 480., *Ἐπειδὰν γάρ, ὦ ἑταῖρε, ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον, δίδωσι δὲ τὸ μέγιστον οὐ πλέον πυδὸς, ἀνάγκη ἀγαπῶντα κατακεῖσθαι πρὸς τὸ μέτρον συνεσταλμένον*: de Merc. cond. xxi. T. i. p. 677., *Ἀγαπᾶν δ' ὅμως ἀναγκαῖον.* Vide Irmisch. ad Herodiani L. ii. 15. 8.]

Ἀγαπᾶν, Acquiescere, sed non accipiendo verbum istud pro Contentum esse, ut quum hæc Isocr. verba (e Panegyrico T. i. p. 258. 22. ed. Augeri,) *Μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν*, Budæus interpretatur, 'Non jam acquiescerent in libertate,' sed pro Gratum acceptumque habere et approbare. Interdum cum dativo, ut *ἀγαπῶ τοῖς δεδιητημένοις*, Acquiesco quæ statuta sunt ab arbitris, Grata acceptaque habeo, vel Approbo. In qua significatione idem valet *ἀγαπῶ* quod *ἀρέσκομαι*, i. e. Acquiesco et mihi satisfit et placet conditio: ut Budæus interpretatur, citans hunc Luciani locum e Menippo, ubi hæc duo verba copulavit, *Δεῖ γὰρ ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον οἴεσθαι*, [T. i. p. 436., *Ὅπερ οἶμαι καὶ φασὶ, συνετὸν ὄντα ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον οἴεσθαι.* " Nihil est apud veteres isto monito ad conciliandam animi tranquillitatem accommodatissimo familiarius, *ἀγαπᾶν, στέργειν δεῖ τὰ παρόντα, εὖ τίθεσθαι τὰ παρόντα, ἀρέσκεσθαι, ἀρκεσθῆναι τοῖς παροῦσι, τῇ παρούσῃ κατασκάσει*, sic ut paræmiæ communis imaginem sæpissime gerat: vide M. Antonin. x. 1. Ad illam normam versionem exegi: 'Scilicet quod, puto, vulgo dicunt, ut is, qui sit prudens, acceptis fruatur contentusque sit præsentibus, nihilque eorum tale existimet, quod tolerari nequeat.'" T. Hemsterh. Lucianus in Pisc. sive Revivisc. x. T. i. p. 579., *Ὥστε ἀπίωμεν εἰς τὴν φιλοσοφίαν, ἡ δὲ δικασάτω, καὶ ἡμεῖς ἀγαπήσομεν οἷς ἂν ἐκείνη διαγνῷ*, Et nos sententia illius stabimus. Idem pro Imaginibus xv. T. ii. p. 493., *Πότερα οὖν ἐθέλεις, ἀγαπήσας τοῖς ἐγνωσμένοις ἡσυχίαν ἄγω, ἢ, κατὰ τὸν Ἰμεραῖον ποιητὴν, παλινῳδίαν τινὰ συγγράφω; ἢ δώσετέ μοι ἐφέσιμόν τινα γενέσθαι τὴν δίκην*; Idem in Jove confutato xix. T. ii. p. 641., *Εἰ δὲ μὴ ῥᾴδιόν σοι ἀποκρίνασθαι πρὸς ταῦτα, ὦ Ζεῦ, καὶ τούτοις ἀγαπήσομεν, οἷς ἀπεκρίνω.* In his tribus locis ad forensem adluditur formulam, *ἀγαπᾶν τὰ ἐγνωσμένα*, s. *τοῖς ἐγνωσμένοις*. Vide Budæi Comment. L. G. p. 45. ed. 1556.] Cum accusativo autem videtur idem significare in hoc Plutarchi loco, *Ἠγάπησαν τὸ πραχθὲν ὑπὸ τῶν γυναικῶν*, perinde ac si dixisset *ἀπεδέξαντο*: nam pro *ἀποδέχεσθαι* sumi, auctor est Suidas [et ex eo Phavor. *Συναγωγὴ Λέξεων χρησίμων ἐκ διαφόρων σοφῶν τε καὶ ῥητόρων πολλῶν*, in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 324.: *Ἀγαπᾶν· ἀποδέχεσθαι.* Plutarchus in Numa xiv. T. i. p. 278. Reisk.: *Εἰ μὴ νὴ Δία τοῖς Αἰγυπτίοις τροχοῖς αἰνίττεταί τι καὶ διδάσκει παραπλήσιον ἡ μεταβολὴ τοῦ σχήματος, ὡς οὐδενὸς ἑστῶτος τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ὅπως ἂν στρέφῃ καὶ ἀνελίττῃ τὸν βίον ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἀγαπᾶν καὶ δέχεσθαι προσῆκον.* " Habet etiam hunc usum rariorem, ut notet, Amicis et blandis verbis aliquem compellare, et ex adjuncto, laudare, approbare. Marc. x. 21., *Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἠγάπησε αὐτὸν*, Et Jesus laudavit ejus studium legis servandæ, aut blandis verbis eum compellavit: alii, ut Elsnerus Comment. in Marc. p. 174., vertere malunt, Contentus erat eo. 2 Paral. xviii. 2., *Ἠγάπα αὐτὸν ἀναβῆναι.* Psalm. lxxviii. 36., *Ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.* Cf. Fesselii Adverss. Sacra x. 1. et Lud. de Dieu Crit. Sacr. p. 414. seq." Schleusnerus in Lex. Omnino vide Bielii Thes. h. v., cui, haud præter rationem, in 2 Paral. xviii. 2., *ἠπάτα*, Persuadebat, pro *ἠγάπα*, et in Ps. lxxviii. 36., *ἠπάτησαν*, Decipere conati sunt, pro *ἠγάπησαν* legendum videtur.]

[" *Ἀγαπάω*, ut verbum *τιμάω*, officia debita alicui præsto, et quidem amore et benevolentia ductus. Ephes. v. 25., *Ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας.* Col. iii. 19. Hinc factum est, ut formula *ἀγαπᾶν τὸν Θεὸν* in N. T. in universum notet, Deum pia et sancta mente colere. Matth. xxii. 37. Marc. xii. 33. 1 Cor. ii. 9. viii. 3. 1 Jo. iv. 20. coll. Ps. xcvii. 10. cxlv. 21. et *ἀγαπᾶν τὸν Χριστὸν* is dicatur, qui verus est Christi sectator et cultor. Jo. viii. 42. xiv. 15. 21. et 23. Ephes. vi. 24. et ipse Christus Jo. xiv. 31. invicem permutet formulas, *Ἀγαπῶ τὸν πατέρα*, et *Καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατὴρ, οὕτω ποιῶ.*" Schleusnerus in Lex. " Cicero in Lælio 100. c. xxvii.: 'Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita.' Hæc forte finitio induxit Sanctium Miner. 1, 2. et 3, 2. ut negaret, recte dici, Ego amo Deum, aut Deus amatur a me, quod nempe, indigentia nostra, utilitas nostra nunquam abest. Sed agit nempe Cicero de pulcerrimo genere amoris inter homines. Cæterum Plaut. Pœn. i. 2, 70. Deos quoque edepol et amo et metuo. Et Sen. Epist. 47., Id dominis parum esse, quod Deo satis est, qui colitur et amatur. Illud tamen

Imo Bergiero, ni fallimur, in animo erat locus, qui legitur in L. i. Ep. 5., *Ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ τὴν τῶν ἀναγκαίων εὐπορίαν ἐκ τῆς καθημερινῆς ἐργασίας τῶν χειρῶν ποριζόμενος*: ibi enim in nota Bergierus habet *ἐκποριζόμενος*, tanquam si sic suo in textu edidisset, cum revera ibi legatur *ποριζόμενος*. Quid igitur de hac re statuendum est? Utrum *ποριζόμενος*, typothetæ culpa, in Bergieri, deinde in Wagneri textum pro *ἐκποριζόμενος* irrepsit? An Bergierus ipse in nota *ἐκποριζόμενος* negligenter pro *πορίζομενος* scripsit, deinde vero in nota ad L. iii. 61. suum errorem repetiit? Nobis videtur in textu pro *πορίζομενος* reponendum *ἐκπορίζομενος*, ut *ἐκπορίζων* in L. iii. 61. Ut ut sit, vulgata tamen lectio satis proba est; nam e Xenophontis Œcon. xi. 10. Bergierus affert: *Πολλοὶ δ' ἀγαπῶσιν, ἢν δύνωνται τὰ ἑαυτοῖς ἀρκοῦντα πορίζεσθαι.* V. Lex. Xenoph. v. *Πορίζεσθαι.*

[1] " *Στέργειν τοῖς ὡρισμένοις ὑπὸ τοῦ δικάζοντος, Ἐμμένειν τοῖς κριθεῖσιν, Τοῖς γνωσθεῖσιν ἐφησυχάζειν, Τοῖς κεκριμένοις ἐναπομένειν, Τοῖς διδαγμένοις ἐναναπαύεσθαι*, Acquiescere rebus judicatis, et re judicata, ut Cicero locutus est." Budæus Comment. L. G. p. 45. ed. 1556. *Ἀτρεμεῖν* vero et *ἡσυχάζειν* fere tantum cum *ἐπὶ* et dativo casu construi, notat Vigerus cap. v. sect. 4. p. 221. Sic verbum *στέργειν* cum præpos. *ἐπὶ* et dativo casu ab Isocrate de Pace T. i. p. 405. Panath. T. ii. p. 203. Demosth. T. ii. p. 996. et verbum contrarium *δυσφορεῖν* a Josepho Archæol. vi. 1. jungi, notavit Fischerus Animadvv. ad Gram. Gr. Velleri iii. p. 410.

fatendum, diligendi vocabulo fere uti Vulgatum interpretem, v. g. Deut. vi. Rom. vii. 1 Jo. iv. etc." Gesnerus Thes. L. L.]

profecto bonus ille Homerus dormitabat. Callim. Hymn. in Cer. v. 92., Ὡς δὲ Μίμαντι χιὼν, ὡς ἀελίῳ ἔνι πλαγγὼν, Καὶ τούτων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο, μέσφ' ἐπὶ πλευρὰς Δειλαίῳ ἶνές τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἔλειφθεν, ubi Blomf. p. 131., ab Ernestio monitus, recte rescripsit πλευραῖς. Idem Blomf. probat Valckenaerii conjecturam, ῥινός τε καὶ ὀστέα. "Πλαγγὼν sic Mss. Reg. et Voss. Edd. Flor. Ald. Frob. Græv., nisi quod Flor. Ald. Frob. penultimam acuunt. In edit. Vascosana credo πλαγκὼν irrepsisse vitio operarum, quod Benenatus et Stephanus male servarunt, secutique sunt Vulcanius et alii." Ernest. "Πλάγκων, seu verius πλάγγων, ut in antiquioribus hujus poetæ editionibus, sicut id jam a Vulcanio monitum, ac, ut hic dicitur, vulgo de imagine cerea, quæ proinde solis æstu liquesceret, prout hic Gr. enarrator, Πλάγγων· ἡ κήρινος νύμφη, Puppa cerea, et vetus Theocr. Schol. l. c., Καλοῦσι δὲ αὐτὸ καὶ νύμφην, οἱ δὲ πλαγγόνα, ὡς Ἀττικοί, ἀπὸ τοῦ πεπλάσθαι ἐκ κηροῦ. Hinc veteres Glossæ, ab H. Stephano primum editæ: *Puppæ.* Πλαγγόνες, αἱ τῶν παιδίων νύμφαι. Et alibi: Πλαγγόνες· *Puppæ.* Unde cum κηροπλάστης (vulgo κοροπλάστης, idque omnino recte) ejusmodi imagunculam e cera artifex dictus a Sileno in Juliani Cæsaribus (l. c.) Augustus; tum, ut illius vocis vel dicterii vim ibi continuo explicat, qui Deos ἡμῖν ἔπλαττες, ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰς νύμφας, Nobis effinxisti, sicut illi puppas, prout ibidem docuimus. Adde Hesych. Πλαγγών· κήρινόν τι κοροκόσμιον, ac unde explicanda Sapphus ad Venerem verba apud Athen. ix. p. 410. χειρόμακτρα πλαγγόνων, ornamenta id genus pupparum, cum ipsis nempe puppis Veneri, ut jam ibi e Persio monuit ὁ πάνυ, consecrata. Ita haud ignotæ apud Tullium ad Atticum, vi. 1., 'In his inventæ sunt quinque plangunculæ matronarum,' e Bosii ibidem restitutione, pro vulgato, et quod nauci omnino, Lagunculæ, ac prout in Bessarionis codice extare monuit Manutius, ac inde etiam præter Lambinum ac Junium, in accuratissimam editionem suam retulit Gruter., ac ejus exemplo servarunt Batavæ Ciceronis edit. Neque Tullio omnino insolitum, ut cum Attico suo Atticis verbis, seu ad morem Atticum formatis subinde agat. (Vide Ernest. in Indice Latin. Cicer.) Ut nunc mittam, quod πλαγγόνα de ornamento capitis muliebri seu reticulo insuper dictum notet Hesych., Πλαγγόνες· κεφάλαιοι, et quomodo etiam χειρόμακτρα πλαγγόνων, per reticula virginum, dicto paulo ante Sapphus apud Athenæum loco, verti posse agnovit ibi ὁ πάνυ. (Nostra quidem sententia Hesych. ipsum Sapphonis locum in animo habuit.) In reliquis autem, ut obiter hoc addam, ejusdem Lesbiæ Musæ verbis enucleandis minus felix aut lynceus fuit ibi magnus Animadversor; et potior omnino, ut alia nunc mittam, quam in notis ad ultima Sapphonis verba aliunde adtulerat, eamque præterea obviam lectionem, eruditissimus Fulvius Ursinus p. 294. In. ix. nempe, „Επεμψ' ἀπὸ Φωκαίας δῶρα τίμια, 'Quæ misi a Phocæa urbe dona eximia,' non vero 'e Phocide' cum Dalechampio. Æolis enim, ut notum, Sappho, et Phocæa finis Æolidis apud Strabonem xiii. p. 582." Ez. Spanhem. Mirum sane est verissimam hanc lectionem, a magno Spanhemio probatam, virorum doctorum, Schweigh. Jacobs. et Blomf. in Mus. Crit. Cant. i. p. 25. diligentiam effugisse. At Volgero ad Sapphus Fragmenta p. 73. non latuit, qui tamen de iis silet, quæ habet Schweigh. in Addendis et Corrigendis ad Athen. ix. T. xiii. p. 478.:—"Sapphonis Eclogam doctus Censor Halensis, vestigia veteris scripturæ persequens, in hunc modum refingendam censuit: Χειρόμακτρα δὲ πλαγγόνων πορφυρᾶ καλαυγασμένα. Οὐκ ἀτιμάσεις ἃ πέμψα Σαπφὼ κρατὸς δῶρα τίμια." Ipse Volgerus, "ad metrum quod attinet," inquit, "videtur illud trochaicum trimetrum catalecticum fuisse: Χειρόμακτρα πλαγγόνων δὲ πορφυρᾶ, καὶ Ταῦτα μὴ ἀτιμάσῃς· ἔπεμψα Σαπφὼ Κεῖνα δῶρα τίμια. Δὲ in tertium demum ab initio locum reponere cogebar; hoc tamen durius si cui videatur, eum rescribere jubeo, Πλαγγόνων δὲ χειρόμακτρα. Χειρόμακτρον proprie est Mantile, manuum abstergendarum causa inserviens, i. q. μανδύλιον, cf. Athen. ix. p. 410. b. qui laudat Xenoph. K. Π. i. 3. 5. et Suid. ac Hesych. h. v., deinde vero etiam velamentum capitis, tanquam pars mundi muliebris, ut nostro loco, quem Athen. adscripsit inter exempla quibus evincere vellet, vocem habere hanc secundam quoque potestatem. Reliqua, quæ citat, exempla sunt Hecatæi in libro qui Asia inscribitur, (opus ipsum periit), Γυναῖκες δὲ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσι χειρόμακτρα, et Herodoti ii. 122. Casauboni πλαγγόνων sola felix est emendatio inter reliquas ab eo propositas, quæ haud mediocriter de toto loco meruit, cum illa totius sensus præstet basin. Πλαγγόνες sunt Puppæ e cera fabricatæ. Harum velamenta capitum poetria dicit Veneri consecrasse. Mos videlicet erat, ut virgines, posteaquam ex ephebis excesserant, puerilitiæ suæ ludicra Veneri consecrarent, et in templis ejus suspenderent. Cf. Callim. Epigr. xxxi. apud Jacobs. Anthol. T. i. p. 219. Persii Sat. ii. 70. ibique Schol. (et Casaub.) Alex. ab Alex. v. 18. Jacobsii conjectura πορφυρόβαπτα nimis audax; omnino mutatione in hac voce non indigemus. Casaub. monet Sapphum una cum pupparum velamentis ipsas quoque puppas Veneri misisse. Velim scire, unde hæc collegerit. Nostro quidem loco nihil de ea re scriptum est, quamvis alias concedam, virgines non indumenta tantum pupparum, sed puppas etiam ipsas cum indumentis Veneri consecrasse, ut e. g. docet Persius l. l. (Adde Epigr. ἀδεσπ. cxv. in Anal. T. iii. p. 173., ubi vide Jacobsii notam, a Schæf. in Mss. allatam.) Καὶ ταῦτα autem adhuc respicit τὰ χειρόμακτρα, et nexus illorum verborum dependebat a superioribus deperditis. Sappho scilicet *antea* jam egerat de aliis ludicris puerilibus, quæ Veneri dedicaverit; *nunc* inter ea etiam velamenta capitum pupparum commemorat. Καὶ h. l. igitur habet vim τοῦ *etiam*, et χειρόμακτρα est accusativus absolutus, Quod attinet ad velamenta. Jacobs. acute vidit, legendum esse μὴ ἀτιμάσῃς. Μὲν sensum pervertit. Ἔπεμψα, sc. in templum tuum, o Venus, tanquam ἀνάθημα. In Πυθωκείας haud dubie latent verba Σαπφὼ κεῖνα, quæ recte rescripsit Fiorillo. Prima autem vox initio eo facilius poterat mutilari, cum ultima verbi præcedentis exeat in ψα. Post has emendationes fragmenti argumentum erit hoc: Sappho Venerem adloquitur, petens ab illa, ne pupparum velamina capitis, quæ tanquam ἀναθήματα ipsi miserit, aspernari velit." "Petron. lxiii., Strigæ puerum involaverant, et supposuerant stramentitium Vavatonem.' Sed quid hoc monstri? quis obsecro dixerit, quid sit hic Vavatonem? Multum ergo hic sudarunt interpretes; sed frustra, nec extricarunt quidquam. Forsan Trimalchio pro consueta insolentia, suopte ingenio et lubitu huxerit *Stramentitiam larvationem*, eodem scilicet sensu, quo Apuleius Metam. i. p. 104. dixit *Larvale simulacrum*, et *Larva umbratilis*, Plautus, in Adject. ad Amphitr. in cujus Fragmentis et hoc legitur, *Pro larvatore circumferam*, quemadmodum *Macies larvalis*, in Priap. Carm. xxxii. Sed hæc incerta. Fortassis nonnihil certius hic potius legendum, *Stramentitium Plangonem*. Nimirum Plangon, sive Πλαγγών, Græcis est icuncula, sive pupa, ex gypso, cera, vel luto formata, testibus Hesych. Suida et aliis. (Imo Suidæ locum alio pertinere, jam supra demonstravimus.) Unde *planguncula*, apud Cicer. ad Attic. vi. 1., ut docti ibi recte restituunt. De qua voce plura egregie notavit Casaub. in aureis Commentariis ad Pers. Sat. ii. p. 107. et ad Athen. ix. c. 13. p. 699. item Des. Hiraldus Advers. i. 8. p. 41., ut alios taceam. *Plangonem* ergo *stramentitium*, sive *Maniolam de stramentis factam* hic veri pueri loco, supposuisse dicuntur sævæ et sævæ striges, sensu claro magis, quam vero." D. W. Triller.[1] Obss. Crit. p. 384. Πλαγγὼν Chari-

[1] Eidem Trillero debetur restitutio Julii Capitolini in loco, de quo multa diximus supra. "Inter locos corruptos et depravatos, omnium confessione, facile eminet, et corruptissimus habetur sequens Julii Capitolini, in Vita Pertinacis c. 8. p. 553.

toni L. ii. c. 2. p. 33. ed. Lips. est nomen proprium: Πλαγγὼν δὲ, ἡ τοῦ οἰκονόμου γυνὴ, ζῶον οὐκ ἄπρακτον. " Apud Demosth. Πρὸς Βοιωτὸν περὶ Ὀνόμ. p. 1002. d. habes, Πλαγγὼν, Πλαγγόνος, et Anaxilan apud Athen. xiii. 1. p. 558. b., cum apud Nostrum semper exaretur Πλάγγων, Πλάγγωνος. *Pupa* apud Romanos quoque femininum nomen esse, nisi aliunde constaret, frustra adstrueres ex Muratorii titulo 2. 1239., et repetito 14. 1273., si conferas Gruter. 728. 8., et 828., et 896. 7., ubi aliter plane extet. Alciphronis L. iii. Epist. 22. est Πλαγγὼν caniculæ nomen, (Πλαγγὼν δὲ, τὸ • Μελιταῖον κυνίδιον, ὃ τρέφομεν ἅθυρμα τῇ δεσποίνῃ προσηνὲς, ὑπὸ τῆς ἄγαν λιχνείας ἐπὶ τὸ κρέας ὁρμῆσαν, κεῖται σοι τρίτην ταύτην ἡμέραν ἐκτάδην, νεκρὸν, ἤδη μυδῆσαν, ubi Cod. Vind. B. præbet Πλαγγῶν): concinna igitur Rusticæ hujus nomenclatura. Legitur hoc nomen apud eund. in Epist. Ms. (Fragm. xiii. p. 227. ed. Wagner.), Ἡνίκα δ' ἀναστᾶσα κατωρχήσατο, καὶ τὴν ὀσφὺν ἀνεκίνησεν ἡ Πλαγγὼν, ὀλίγου ὁ Πὰν ἐδέησεν ἀπὸ τῆς πέτρης ἐπὶ τὴν πηγὴν αὐτῆς ἐξάλλεσθαι. In antepenultima ibi voce Codex minus verax, quam Apographum; in eo A enim litera Pythagorica restituta est. Occurrit quoque in Asclepiadæ, vel Posidippi Epigr. (Anthol. T. i. p. 150. n. xxix.): Πορφυρέην μάστιγα, καὶ ἡνία " σιγαλόεντα Πλαγγὼν εὐίππων θῆκεν ἐπὶ προθύρων. Νικήσασα κέλητι Φιλαινίδα τὴν • πολύχαρμον (πολύσκαρθμον conjecit Jacobs.), Ἑσπερίων πώλων ἄρτι φρυασσομένων. Κύπρι φίλη, σὺ δὲ τῇδε πόρῃς (leg. πόραις) νημερτέα νίκης Δόξαν, ἀείμνηστον τήνδ' ἐπιθεῖσα χάριν. Cod. Pal. a prima manu Πλαγγὼν, in antigraphis quibusdam Πλαγγὼ, nec non in epigraphe, Εἰς Πλαγγὼ ἑταίραν." Dorvillius. " Hesych. Γέλγη· ὁ ῥῶπος, καὶ βάμματα, καὶ ἄπρακτοι, καὶ κτένες. Idem alio loco • Γέλγια interpretatur κουλάρια. Ubi legendum κουράλια, vel κουράλλια. Sunt autem κουράλλια, quæ alio nomine κορακώσμια vocantur, pupæ scilicet, et imagunculæ, puellarum ludibria. Idem Grammaticus: • Γεάγια· κουράλλια. Lege, Γέλγια. Alibi: Γέλγια· πήνη, σκάθη, κουράλλια. Sic enim emendandum. Pupæ igitur, et imagunculæ puellarum inter varias istas minutasque merces, quas qui vendebant, Ῥωποκῶλαι, et • Γελγιοπῶλαι Græcis, atque B etiam παντοκῶλαι dicti, quod omne genus merces

ubi pretiosissima et sumtuosissima Imperatoris Commodi supellex hunc in modum exacte recensetur: ' Vasaque eluto auro, ebore, argento, citroque composita, atque etiam phallovitroboli ex materia eadem et vasa Samnitica' etc. Quibus vel leviter saltem inspectis, primo mox intuitu attonitos quasi atque stupefactos omnes puto hæsuros lectores ad inauditum atque invisum vocis monstrum *phallovitroboli*: quis enim quæso simile quid vel viderit unquam, vel fando perceperit, vel per quietem saltem sibi oblatum meminerit? Est enim, ut quivis deprehendit statim facillimo quidem negotio, vox hæc semi-Græca, et semi-Latina; tota vero barbara, inficeta, et, ut dixi jam, monstrosissima. Neque Codices manu exarati hic quidquam juvant, nam monstrum mutant in novum, non tollunt vetus, quando Grutero atque Salmasio testibus, scriptum exhibent *phandovitroboli*. Quare non mirum, h. l. pro deplorato et insanabili prorsus relictum et intactum fuisse tantum non ab omnibus. Ipse Salmas., vir maximus, qui alioqui desperatissima et depravatissima quæque in veteribus auctoribus obvia majore sæpe cum audacia, quam felicitate, adgreditur, impellens, quidquid sibi summa petenti Obstaret, gaudensque viam fecisse ruina, ut quondam de Cæsare poetarum summus, Lucan.; hic tamen animum plane despondet, unguesque criticos a fœdissimo hoc ulcere caute dicam, an timide? abstinet, ac suam, quod mirum de Salmasio et inauditum, suam inquam ignorantiam ita publice confiteri haud erubescit:—' Quam vocem *(phallovitroboli)*, quomodo explicem, nescio; corruptam enim censeo, nec rationem emendandi nunc video: quam præstat intactam sic relinquere, quam inepta vocabula hic comminisci biformia, quæ nec Gr. sunt, nec Latina, sed ex utroque composita, mera monstra potius, quam voces. Satius est igitur inscitiam fateri, quam acumen ingenii velle ostendere in fingendis novis vocibus, aut corrigendis, quæ citra spem correctionis sunt depravata.' Hæc quidem ille verissime et modestissime simul. Interim tamen hæc me non deterrebunt, quo minus conjecturam aliquam verisimilem circa hunc depositum locum proponere audeam, conjecturam dico verisimilem; non vero veritatem indubitatam et nullis contradictionibus opportunam. Ne igitur per longiores ambages Lectores diutius teneam, locum ita legendum et emendandum arbitror. *Atque etiam phialæ e vitro Beli, ex materia eadem et vasa Samnitica.* Singula nunc pancis explicanda. • Belus nimirum est amnis Syriæ vel Palæstinæ, ex palude Cendevia ortus, et in mare Judaicum profluens, ex cujus arenis fluctibus volutatis, atque hinc nitescentibus, admixto nitro, purissima olim atque præstantissima vitra conflabantur. Clare hanc in rem Tacit. Hist. v. 7.: ' Belus amnis Judaico mari illabitur; circa cujus os collectæ arenæ, admixto nitro, in vitrum excoquuntur.' Sed clarius adhuc Plin. xxxvi. 36.:—' Pars est Syriæ, quæ Phœnice vocatur, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ vocatur Cendevia. Ex ea creditur nasci Belus amnis, quinque M. Pass. spatio in mare profluens, juxta Ptolemaidem coloniam. Lentus hic currit, insalubris potu, sed cærimoniis sacer, limosus, vado profundus. Non nisi refuso mari arenas fatetur; fluctibus enim voluntatæ nitescunt detritis sordibus. Quingentorum est passuum non amplius litoris spatium, idque tantum multa per secula gignendo fuit vitro' etc. Vide et ibi sequentia, ubi de fortuita vitri origine singularis historia narratur. Idem alibi, v. 19., ' Belus vitri fertiles arenas parvo litori miscens,' ubi v. Hardoin. Sed eadem fere de vitriferis Beli arenis referunt Strabo xvi. Josephus de B. J. ii. 9. Isidor. Origg. xvi. 15. aliique, quos cum his laudavit Hadr. Reland. in Palæstina, cap. de Palæstinæ Fluviis, p. 290. et 267. ubi de hoc singularis prorsus naturæ amne Belo, plura ex instituto, quibus addendæ DD. VV. notæ ad supra laudatum Taciti loc. in Edit. Gronov. simul exhibitæ, nec non adjiciendus Harduin. in Obss. ad allegatum Plinii loc. Nos quoque ipsi plura olim hac de re diximus in Exercitt. nostris Grotianis, ad ejusd. Christum Patientem, Tragœdiam, quæ, si tanti, inspiciantur, p. 217. sq. Ex his vero late jam disputatis clarissime patere arbitror, quid proprie apud Capitolinum sint *Phialæ e vitro Beli* sc. paratæ. Nempe e tribus hisce vocibus clare distinctis, vitio et negligentia stupidorum librariorum, horrendum illud portentum in ultimas terras exportandum, ut cum Cicerone loquar, *phallovitroboli*, fœdissime coaluisse et infausto partu in unum concrevisse videtur, quod omnes postea occupavit Libros cum scriptos, tum impressos, omnibusque eruditis in hunc usque diem inexpugnabile visum fuit. Si quis tamen legere hic malit minore cum licentia, *phalli e vitro Beli*, equidem haud magnopere repugnabo. Nota enim sunt illa Juvenalis Sat. ii. (95.), ' Vitreo bibit ille Priapo,' h. e. Phallo vitreo, inde Græcis • Δριλοποτάι et • Δριλλοποσία, et id ipsum est *per obscenitates bibere*, ut acute Plin. xxxiii. procem. ubi v. Harduin., inprimis Salmas. l. c. Jan. Rutgers. Var. Lectt. vi. 18. [' Juvenalis Schol., In vitreum penem, quos appellant drillopotæ, leg. *drilopotæ*. • Δρίλος nonnunquam usurpant Græci pro ea parte, quæ honeste nominari nequit. Hinc compositum Δριλοποτάι.'] Scaliger ad Priap. Carm. [cujus hæc sunt verba p. 204.:—' Ψωλὸς et ψωλὸς, Verpus, et ψωλὴ, Verpa, παρὰ τὸ ψᾶν. Cui *αἰδοῖον ἀνοφώμενον καὶ ἀσκολυμμένον.* Invenio et • Δρύλλος vocari.' Apud quemnam auctorem δρύλλος pro vulgari scriptura δρῖλος, s. δρίλος s. δρίλλος repererit vir doctus, nescimus,] et Commentatores ad dictum Juvenalis locum. Ne quid vero Lectorem meum celem, fuit etiam, quum legere mallem aliquando, cum amico quodam doctissimo et celeberrimo, *atque etiam flando vitro tubuli*, quod nempe proxime abest a Codd. lectione, *phandovitroboli*, superius jam annotata. Verum, quum nulla prorsus ratio appareat, quomodo inter supellectilem imperatoriam apte atque concinne referri possint *tubuli flando vitro parati*, neque constet omnino, Imperatorem Commodum artis vitrariæ unquam fuisse studiosum; hanc conjecturam, licet non unquæ quæque ineptam aut coactam, merito nunc missam facimus præ altera illa modo proposita et uberius interpretata. Quod vero post nostram illam emendationem, *Phialæ e vitro Beli*, distinctionem posuimus, atque verba, *ex materia eadem*, ad sequentia, *et vasa Samnitica*, retulimus, ideo factum a nobis, quia phialæ illæ e vitro Beli conflatæ dici commode haud poterant ex eadem materia, nempe auro, argento, ebore, atque citro, quod præcessit, compositæ. Poterant vero ex altera parte vasa Samnitica ex eodem Beli vitro longe commodius esse præparata, ita ut ob formam quidem et originem, ut et usum, vocarentur Samnitica, nempe a natali solo. Vide hic Hadr. Junium Animadvv. ii. 10. p. 95. non vero ob materiam, veluti *Olulæ Rhodiacæ* apud Athen. xi. p. 464. de quo nos alibi. Sic et similem fere in modum pocula sic dicta Thericlea proprie fictilia erant; postea tamen etiam terebinthina, argentea, aurea, vitreaque ad istam formam elaborata, ita vocata esse constat, de quo v. Salmas. Exerc. Plin. 734. et ex hoc Græv. ad Cic. in Verr. iv. 18. item Casaub. ad Athen. xi. p. 791. inprimis vero Bentl. Diss. de Epistt. Phalar. s. iii. item Bergler. ad Alciphr. ii. 3. p. 229. Vulcan. ad Agathiæ Hist. p. 9. et S. Petit. Miscell. vii. 4., ut alios plures taceam, ita et *pyxis aurea* et *charta plumbea* dicitur, quo de v. Gronov. ad Senec. de Benef. ii. 13. inprimis Montfaucon. Paleogr. Gr. l. 2. item Herm. Hugo de Prima Scribendi Origine c. xi. et Guilandin. de Papyro p. 94. sed hæc obiter tantum. Sic ipse Seneca de Benef. v. 13., ' Pyxidem et argenteam et auream dicimus,' quæ tamen sc. a buxo nomen proprie sortita, ut ibi in notis monet Lipsius post alios. Ceterum vox *phiala* frequentius in his scriptoribus Hist. Aug. occurrit, v. Lamprid. in Alexandr. Sev. c. xlii. et alibi sæpius, adde Juvenal. Sat. v. Verum hæc jam sufficiant. Ex hoc vero Capitolini loco simul disci potest, et ex vitro factas olim fuisse phialas, quæ alias ex argento, auro, cupro, atque electro confici solerent, qua de re plura Athen. xi. c. 14. et Commentatores ad dictam Juvenalis Sat. v. ut alios taceam. Immo notissima est ex Petronii c. li. phiala illa vitrea, ex vitro ductili et tenaci summo artificio fabricata, quam ingeniosissimus quidam Faber Cæsari Tiberio, ut creditur, porrexisse dicitur, sed ingenio suo miser et meliore fato dignus, decollatus enim fuit immerito artifex iste, et tenacius ipsi fuit vitrum, quam caput." Triller. l. c. p. 344. Deinde vero vir doctus coronidis loco alias præterea suspiciones adjicit, quæ ei quondam circa desperatum hunc locum in mentem venerant. Sed ut ipsi, sic nobis quoque magis placent *phalli* seu potius *phialæ e vitro Beli*.

promercales haberent. Latini Seplasiarios dixerunt." Salmas. in Fl. Vopisc. p. 386. c. T. ii. H. A. p. 535. Simile esse vitium apud eund. Hesych. in Ἐκέασεν et Ἔκελσεν, et Λ et Α sæpissime confundi, notavit Albert. Cf. idem Salmas. Exercc. Plin. in Solin. p. 63. c.: verba ipsa supra citavimus in Lex. Vocc. peregr. p. cccxxxvi. not. Quod autem dixit Salmas. γελγισοπῶλαι pro γελγοποῶλαι, id profecto apud Gr. scriptores nondum vidimus. Hesych. *Κωμμωνία· κορυκοσμία, ubi legendum est ex Is. Vossii conjectura *Κωμμωσία, atque ex Albertii monitu, κορυκόσμια. Hesych. *Ἰππεύς· εἶδος κορυκοσμίου. "Ἰππεύς, idem quod Ἰππίσκος," Is. Voss. De v. Ἰππίσκος autem vide Nostrum in voce. Clemens Alex. Pædag. ii. p. 90=243. 24., Καθόλου μὲν οὖν τὰ κόσμια, ὥσπερ κορυκόσμια, *ἀπυσκορακιστέον, ὅλον καὶ αὐτὸν παραιτουμέναις τὸν κόσμον. " Dio Chrysost. Orat. xxxi. p. 356. d.: Τοιγαροῦν ὁμοίως δίδοτε τοὺς ἀνδριάντας, ὥσπερ οἱ τὰς κόρας ταύτας ὠνούμενοι τοῖς παισίν. Ubi Scholion margini adjectum κόρας exponit, Τὰ παρὰ τῶν κοροπλάθων *γύψινα πλαττόμενα *ἀνδριαντάρια. ——Proclus in Tim. L. ii. p. 120., Οἱ δὲ ἀξρανεῖς τὰς ἰδέας, τύποις *κοροπλαθικοῖς ἐφ' ἑαυτῶν οὔσας, καὶ ἔξω τοῦ νοῦ κειμένας εἰσάγουσιν. *Κοραλλιοπλάσται, Fictores puparum, vel aliorum ejusdem generis frivolorum, e coralio, occurrunt in Marmore, quod post Dorvillii Sicula p. 569. edidit P. Burmannus Secundus." Ruhnk. ad Timæi Lex. p. 166. " Alciphronis L. i. Epist. 39.: Τοῖς Ἀλώοις δὲ ἐν Κολυττῷ ἐστιώμεθα παρὰ τῷ Θεττάλης ἐραστῇ· τὸν γὰρ τῆς Ἀφροδίτης ἐρώμενον ἡ Θεττάλη στέλλει. Ὅπως δ' ἥξεις φέρουσα κήπιον καὶ κοράλλιον, καὶ τὸν σὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις· μετὰ γὰρ τῶν ἑραστῶν κραιπαλήσομεν. Piersonus optime Ἀδωνίοις corrigit pro Ἀλώοις, sed quid sibi volunt verba κήπιον καὶ κοράλλιον? 'Desertum,' inquit Wagner., 'hic me video ab ope aliorum—Fortasse, aliquando cogitabam, curaliis usi sunt pro tessellis lusoriis; sed tum pluralis sine dubio stare debebat. Erat etiam ubi κουράλιον legi posse hariolarer, ut, præsertim si sequens καὶ ante Ἄδωνιν deleas, ad amasium referatur ita: Venias comitem habens pupulam tuam Adonin. Neutrum placet. Jam vero video, glossatori Eichstad. simile quid in mentem venisse, quanquam in alio verbo, nempe ad κήπιον, adscripsit νήπτιον, Anatula, quod an in blanditiis amatoriis in usu fuerit, fateor me ignorare, vel κήριον, Euthydemum nempe.' Semper censui, legendum esse κῆπον, vel κήπιον καὶ κοράλλιον. Κῆποι unus illorum hortulorum est, quibus circumvallabatur suggestum, quod amatori Veneris constituebant; et κοράλλιον imagunculam, qua Adonis repræsentabatur, notare mihi videtur. Plut. in Vita Alcibiadis Vol. ii. p. 34. ed. Reisk.: Ἀδωνίων γὰρ εἰς τὰς ἡμέρας ἐκείνας καθηκόντων, εἴδωλα πολλαχοῦ νεκροῖς ἐκκομιζομένοις ὅμοια προὔκειντο ταῖς γυναιξὶ, καὶ ταφὰς ἐμιμοῦντο κοπτόμεναι, καὶ θρήνους ᾖδον. Artifices, qui ejusmodi icones effingebant, κοραλλιοπλάσται dicebantur. Vide Ruhnk. in Timæi Lex. p. 166. Opinio hæc est mera conjectura, cujus veritatem evidenter probare non potero. Jacobsius vero, cum idem fere sentiat, quodammodo probabiliorem eam reddit. Vide ejusdem Comment. in Anthol. Gr. Vol. xi. p. 165. f. Suadet ibi lectionem κήπιον καὶ κεράμιον, sed in Ephem. Litter. Halens. ab omni parte mecum consentit." Fr. J. Bast. Epist. Crit. ad J. Fr. Boissonad. p. 196. " In Ephippi poetæ Fragm. P. 571. E. V. 65. ubi promtæ et paratæ meretricum laudantur illecebræ, cl. Editor hæret, et merito hæret in verbis, Οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα Ὥσπερ πολέμιον, ἀλλὰ τοῖσι στρουθίοις Χαννοῦσ' ὁμοίως. Comparandum inprimis Epigr. Stratonis xxv., quod ad ductum membranarum sic videtur scribendum: Τίς χάρις, Ἠλιόδωρε, φιλήμασιν, εἰ με λαβροῖσι Χείλεσι μὴ φιλέεις ἀντιβιαζόμενος; Ἀλλ' ἐπ' ἄκροις ἀσάλευτα μεμυκόσιν, οἷα κατ' οἴκους, Καὶ δίχα σοῦ με φιλεῖ πλάσμα τὸ *κηρύκιτον. Unde suspicabar Ephippum dedisse, οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα Ὥσπερ κοράλλιον, ut pupa. Sic fere Melitta apud Achill. Tat. v. 22., Αὐτῷ συγκαθεύδουσα οὕτως ἀνέστην ὡς ἀπ' εὐνούχου, ἔοικα δὲ εἰκόνος ἐρᾷν. Pupas autem veteres fingebant ex cera, gypso, curaliis, unde qui eas fingebant, κοραλλιοπλάσται appellabantur; iidem et κοροπλάθοι, cum quorum artificio philosophorum quorundam negotium comparat Dio Chrys. Or. lx. p. 311., Καὶ οὐκ οἶδα ὅπως δοκεῖ μοι προσεοικέναι τὸ (vulgo τῷ) τῶν φιλοσόφων ἐνίων περὶ τοὺς λόγους ἀμηγέπη τῷ (vulgo τὸ) τῶν κοροπλάθων. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τύπον τινὰ παρέχοντες, ὁποῖον ἂν πηλὸν εἰς τοῦτον ἐμβάλλωσιν, ὅμοιον τῷ τύπῳ τὸ εἶδος ἀποτελοῦσι. De illo hominum genere vide Ruhnk. ad Timæi Lex. p. 166. et Bast. in Epist. ad Boissonad. p. 159. sq." Fr. Jacobs. Additt. Animadvv. in Athen. p. 305. Egregie profecto falluntur hi critici summi, Ruhnk. Bast. et Jacobs., quibus addas Schneiderum in Lex. h. v., et Toup. Emendd. in Suid. T. ii. p. 598., putantes miro consensu in voce Κοραλλιοπλάστης innui materiem, ex qua fieri solebant imagunculæ, puellarum crepundia. At ab hujus sententiæ fautoribus requirimus, quo idoneo testimonio ostendi possit, imagunculas ex curalio fieri solere? Laudat quidem Boissonadius in Schedis P. Burmannum Secundum ad Dorvillii Sicula p. 571., qui liber, et a Ruhnkenio et Toupio ll. cc. allatus, nobis ad manum non est; sed nemo ex veteribus Lexicographis sic tradidit. Vide loca supra citata, quæ satis superque demonstrant, pupas illas vel ex cera vel ex argilla, non ex curalio, fingi solere. Etiam ex auro et ære fieri dixerunt Noster supra in v. Κάχαρις et L. C. Valck. ad Theocr. Decem Idyllia l. c., sed utrumque hunc in errorem induxisse videtur corrupta illa vox χρυσαλλὶς, pro qua Hesychio χρυσῆ ἄλυσις supra restituimus. Κάχαρις, inquit Glossographus, δαγὺς, καὶ πλαγγὼν, καὶ χρυσαλλὶς, τὸ κοροκόσμιον. Istud κοροκόσμιον ambigue dictum est: nam et pro pupa et pro ornamento muliebri apud Græcos sumitur, ut docet Lex. S. Germ. l. c. Ceterum proculdubio κοράλλιον in κοραλλιοπλάστης est parva κόρη. Κοροπλάστης, Qui κόρας fingit: κοραλλιοπλάστης, Qui parvas κόρας fingit. Sic recte vocem κοράλλιον apud Alciphronem accepit Bast. l. c.; recte quoque in Ephippi Fragmento l. c. κοράλλιον, Pupam, Jacobsius legit pro vulgata lectione πολέμιον. Sed hic hujus vocis sensus frustra quæritur in Lexicis hodiernis. Hesych. Κωράλλιον· παιδάριον, κόριον. Κωραλλεῖς· οἱ ἀναλέγοντες τὸ κουράλιον, παρὰ Σικελοῖς. Vide nos supra in Lex. Vocc. peregr. p. cccxxxvi. a. " Ita (i. e. pro Pupis et Imagunculis) accipienda κουράλια apud Lucian. in Apolog. (pro Merc. Cond. c. ii. T. i. p. 707.): Παρέχειν ἑαυτὸν ἕλκεσθαι καὶ φέρεσθαι, καθάπερ ὑπὸ κλοιῷ τινι χρυσῷ τὸν αὐχένα δεθέντα, οἷά ἐστι τῶν τρυφώντων πλουσίων τὰ *σφιγγία καὶ τὰ κουράλια. Quam vocem apud Lucian. minime quid vellet, assequuti sunt etiam in his literis doctissimi viri, et in ipsa Græcia nati." Salmas. ad Hist. Aug. Scriptt. l. c. Hanc quidem interpretationem probat Jac. Gronovius, qui consuli jubet eund. Salmas. in Solin. p. 63. b—d. (verba ipsa jam supra citavimus in Lex. Vocc. peregr. p. cccxxxvi. not.), et p. 267. ubi legas hæc:—" Græci πίθηκον, et *πιθήκιον de homine et muliere deformi sæpe usurpant. Spinturnicium igitur in versu Plauti (Mil. iv. 1. 42.), Pithecium hæc est præ illa et spinturnicium, est τὸ σφιγγίον, quod genus simiæ est turpicula facie, et liquet in Græco fuisse, Πιθήκιον καὶ σφιγγίον, Pithecium et spinturnicium. Alibi *clurinum pecus* de turpiculæ formæ puella dixit, i. e. Simiam. Σφίγξ, σφιγγὸς, producto nomine Latinis *Spinturnix*, Sic ὄρτυξ, ὄρτυγος, *Coturnix*. Nam γ in τ mutatur, ut in aliis sexcentis soliti sunt Latini. Ita *τρυγὸς, et Æolice *τυργὸς, Latine *Turtur*. Hesych.[2] Τρυγώς· τὰς τρυγόνας." Sed de Luciani loco, quicquid con-

[1] Sic habet Bastii Epist. Crit. ed. Lips. 1809. vel sua, vel editoris Car. Alb. Wirdeburgii, vel typographi culpa. In Alciphrone enim vulgatum est cum leni spiritu Ἀλώοις, quod et Wagner. dedit, nec aliter citavit Pierson. Verisim. p. 95.

[2] In Albertii Edit. legitur: Τρυγῶν· τὰς τρυγῶνας. Quod virum doctum intactum reliquisse, mirum est, præsertim cum et Noster in voce Τρυγὼν, (pariter ac Salmas.), recte correxisset: Τρυγών· τὰς τρυγόνας, qui ex hac glossa in Indicem sui Thesauri

tradixerint viri docti, tu doctissimo J. G. Grævio subscribas, per κουράλια animal quoddam intelligendum esse monenti. Nam "pueros," inquit, "illas delicias dominorum et dominarum, apud Ro-

referre debebat, Τρυγὸς, οῦ, ἡ, (æque atque Τρυγὼν, όνος, ἡ,) quo vocabulo etiam Schneideri Lex. augeri potest. Hesych. * Τριγός· τρυγών. "Græci κατὰ μετάθεσιν primam syllabam extulere. Nam iis *turtur* est τρυγὼν, pro quo et τρυγὼς dixisse, auctor est Hesych. Solent Lacones mutare ρ in σ, unde in Ephororum decreto apud Lacedæmonios, Τιμόθεορ παραγινόμενορ, pro Τιμόθεος παραγινόμενος. Sic ex τρυγὼς potuerit esse τρυγὼρ, κατὰ μετάθεσιν τυργὼρ, inde γ in τ abeunte *turtur*." G. J. Voss. Etym. L. L. Turpiter sane erravit vir alias accuratissimus et πολυμαθέστατος, Hesychii τυργὼς pro nominativo accipiens, cum revera sit accusativus pluralis, ut viderunt Noster et Salmas. ll. cc. Hesych. Τρυγών· καὶ ὄρνις, καὶ ἡ τῶν γυναικῶν μίξις, καὶ σύντροφος. Pro σύντροφος Martinius (in Etymol. v. Turtur) εὔτροφος, Pastus, Bene saginatus, legendum conjicit. "Hæc verba "mendo non carere videntur." H. St. Thes. T. iii. p. 1676. c. "Repetenda videtur hæc interpretatio a sensu obscœno verbi τρυγᾷν. Vide Aristoph. Eccles. v. 881. Phot. Lex. Ms., Τρυγών· τὸ ζῶον. Παίζεται καὶ [δὲ edidit Hermann. monens in Cod. D. reperiri καὶ] εἰς τὴν τῶν γυναικῶν συνουσίαν." Albert. Sed uterque fallitur, ille credens verba mendo non carere, hic autem existimans a sensu obscœno verbi τρυγᾷν hanc interpretationem repetendam esse, ut et Schleusner. existimabat, qui in Cur. Noviss. in Phot. p. 452. lectores suos ad Albertii notam contentus est remittere. "Est *turturis* vox quoque inter lasciva, indeque *turturilla* apud Senecam Epist. xcvi. (extr. 'Hi, qui expeditiones periculosissimas obeunt, fortes viri sunt, primoresque castrorum; isti, quos publica quies, aliis laborantibus, molliter habet, turturillæ sunt, tuti contumeliæ causa'), ubi fortibus viris ac primoribus castrorum opponit molles et *turturillas*, sive, ut aliqui legere malunt, *turturillos*, quos tutos dicit contumeliæ causa, quasi qui relinquantur non honoris, sed contemtus ergo. De turturillæ voce ita Isidori Glossæ: Turturilla ita dictus locus, in quo corruptelæ fiebant, quod ibi turturi opera daretur, hoc est, panem. Ubi pro panem recte Gruterus emendat peni. Sic *passeris* quoque nomen huic parti accommodatum fuisse varii monuerunt. Imo et τρυγὼν, qui Latinis *turtur*, notat τὴν τῶν γυναικῶν μίξιν, teste Hesych. Nimirum quia, etsi turtur una contentus sit femella, femellæ tamen, si mare destituantur, se mutuo conscendant. Nec tamen displiceat, si apud Isidorum pro *panem* legas *ganeæ*, quod Lipsio visum. Non quasi *turtur* interdum *ganeam* notet, sed quia peni inprimis in ganeis locus." G. J. Voss. l. c. Cf. Taubmann. ad Plaut. Bacch. i. 1. 33. p. 540. "Ut transeam varias eruditorum de hoc depravatissimo loco sententias, a Martinio in Etymol. enarratas, levi literarum mutatione sensum integrum, quem scriptori fuisse arbitror, eruam: Furfurilla, ita dictus locus, in quo corruptelæ fiebant, quod ibi furfuri opera daretur, i. e., pani. Non est quod quis objiciat e furfure confectum fuisse panem, cum e veteri Dictionario constet inde dictum *furnum*. *Furnus*, sic sonant verba, *dicitur a furfure, quia panis ex eo factus ibi coquitur*. Atque hinc unusquisque observare potest facile a *furfure* ductam fuisse *furfurillam*, quemadmodum *pistrilla* a *pistrino* seu *pistrina*. Quod autem Isidorus dicat in loco *furfurilla* appellato corruptelas virginum scilicet atque juvenum fieri, nullus mirabitur, qui observarit meretrices olim ante pistrinas, vel in ipsis pistrinis versari fuisse solitas. Testatur id Festus in Alicariæ: 'Alicariæ meretrices appellabantur in Campania solitæ ante pistrina alicariorum versari quæstus gratia, sicut hæ, quæ ante stabula sedebant, dicebantur prostibulæ.' Plautus in Pœnulo A. i. Sc. 2. meretrices, Prosedas, pistorum amicas, reliquias alicarias, nominans. Apertius et verbosius rem exponit Paulus Diaconus Hist. xiii. 2.:—Horum mancipes tempore procedente pistrina publica latrocinia esse fecerunt; cum enim essent molæ in locis subterraneis constitutæ, per singula latera earum domuum tabernas instituentes, meretrices in eis prostare faciebant, quatenus per eas plurimos deciperent, alios, qui pro pane veniebant, alios, qui (NB.) pro luxuriæ turpitudine ibi festinabant." Th. Jansson. ab Almeloveen in Isidori Gloss. p. 13. ed. Clerici. Vulgatam lectionem tuetur J. G. Græv. ibid. p. 54. afferens ex Porphyrio de Abst. iv. 7. p. 316., ubi agit de Ægyptiorum sacerdotibus: Περιεργότερον δ' ἔτι περὶ τὰ πτηνὰ, οἷον τρυγόνα μὴ ἐσθίειν· ἱέραξ γὰρ ἔφασαν πολλαχῆ τὸ ζῶον συλλαβὼν ἀφίησιν, μισθὸν ἀποδιδοὺς μίξεως σωτηρίαν· ὡς οὖν μὴ λάθοιεν τοιαύτῃ περιπεσόντες, ἅπαν αὐτῶν περιΐσταντο τὸ γένος. Ubi vide Jac. de Rhoer. * Τρυγόνιον, τὸ, Palumbula, sive Columbula, legitur in Themistio. Ælii Herodiani Philetærus p. 446.: * Εἰωθὰς, ἡ κατοικίδιος περιστερὰ, ἡ γὰρ ἀγρία, πελειάς. Ubi Pierson., a Schæf. in Mss. allatus, hæc notavit:—"Vox aliunde non cognita, cui similis alia, Lexicographis etiam ignota, * ἐθὰς, Columba domestica, apud Themist. Or. xxii. p. 273. c.: Μιμεῖται (Petav. μιμητέον, Pierson. malit μιμητέα, ut φυλακτέα, paulo post) οὖν πρὸς τὴν ἄγραν αὐτοῦ τοὺς κούφους θηρευτάς. Καθάπερ οὖν ἐκεῖνοι *φάττιά τε καὶ τρυγόνια τιθασσεύοντες, διὰ τούτων τὰ ὁμόφυλα γοητεύουσι, καὶ ἑκόντα ὑπάγονται εἰς τὸν ἰξὸν ἢ τοὺς βρόχους· ὧδε ἄρα δεῖ καὶ ἡμῖν τῶν ἤδη προηλωκότων φίλων τοὺς οὔπω τεθηρευμένους, οὐ γὰρ δὴ τῶν περιστερῶν μὲν αἱ ἐθάδες πολλάκις τινὰς καὶ ξένας ἐπάγονται. Ἐθὰς analogiæ convenit: εἰωθὰς vix videtur posse defendi." Toup. Emendd. in Suid. T. ii. p. 147., a Schæf. in Mss. citatus:—"Philodemi Epigr. (in Brunckii Anal. T. ii. p. 91.), Ἐνθάδε τῆς * Τρυφέρας μαλακὸν ῥέθος, ἔνθαδε κεῖται Τρυγόνιον, σαβακῶν ἄνθεμα * σαλμακίδων. Τρυγόνιον est Palumbula, sive Columbula. Quomodo amicas suas ὑποκοριστικῶς compellabant. Plautus Asin. iii. 3. 103., Dic igitur me anaticulam, columbulam, vel catellum. Cf. viros doctissimos ad Aristoph. Plut. v. 1012." Ex hoc autem Plauti versu disci potest id, quod ignorabat Wagner., dum verba supra citata scribebat, anaticulam nempe, sive, ut ipso parum Latine loquitur, anatulam, usurpari in amantium deliciis. Vide Bastii notam in Epist. Crit. ad J. Fr. Boissonad. p. 195. Hesych. Ἀηδόνος νεοσσόν· καὶ τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον, παρὰ Ἀρχιλόχῳ. Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 401. veram reposuit lectionem:—"Corrigunt ἀηδονὶς, vel νεοσσοῦ: imo vox excidit restituenda, * Ἀηδονιδεύς· ἀηδόνος νεοσσός. Lusciniarum pulli (apud Theocr. Adoniaz. v. 121.) propria sua adpellatione dicuntur ἀηδονιδῆες." Valckenaerii emendatio diligentiam effugerat Liebelii ad Archilochi Reliqq. p. 230., cujus hæc sunt verba:—"Ex emendatione Albertii et Vossii voces primæ non divisæ interpunctione, sed conjunctim legendæ sunt, ut etiam apud Phavorinum inveniuntur. Rei turpis honesta et comica circumlocutio. Tale quid etiam ab Aristoph. Av. 207. obscure innui putat Perger.: Ἄγ' ὡς τάχιστ' ἐς τὴν λόχμην Ἔσβαινε κἀνέγειρε τὴν ἀηδόνα. In quo tamen mihi falli videtur." At Albertius cum Pergero consentit, etiam v. 660. et sqq. consuli jubens, recte omnino. E. H. Barker. in Epist. Crit. ad Th. Gaisford., Class. Journ. N. xxv. p. 176. ex Hesychii verbis collegit, voc. ἀηδὼν, vel ἀηδονὶς, (vel potius ex Valck. emendatione, * ἀηδονιδεὺς) Archilochum pro muliebri pudendo usurpasse. Certe Boccatius in Fab. de Virili dixit *lusciguuolo*, notante G. ad Hesych. "Et nos," inquit Boissonad. in Epist. Ms. ad Barker., "hanc metaphoram habemus. Ad calcem Fontanii Narrationum reperies narratiunculam, quæ Vergerii fertur, cuique titulus *le Rossignol*: luditur facete satis in nomine aviculæ ad mentulam detorto. Voces *moineau* et *serin* simili modo usurpantur ab hominibus infimæ plebis, vel obscœnius facetis." Ad eandem rem designandam in usu erat et vox * Τιτὶς, qua proprie significabatur avicula. Photius p. 435.: Τιτίς· βραχὺ ὀρνίθιον, σημαίνει δὲ καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. * Τιτὶς καὶ ἡ κέρκος. "Τιτίζειν dicitur de voce, quam edunt aves, vel potius pulli avium, Eustath. ex veterum sententia. Existi"matur autem ab hoc verbo derivatum esse voc. τίτις [Photio τιτὶς, Cod. D. teste Hermanno τιττὶς], quod de quadam avicula "dicitur, aut generaliter aviculam significat." H. St. Thes. Ind. "Passerculi τρίζουσι et τιτίζουσι. Eustath. ad Il. B. p. 229. 18. ed. Rom.: Τὸ τετριγῶτας (v. 314.) μίμησίς ἐστι φωνῆς τῶν νεοττῶν, ἥτις ἁπαλωτέρα τοῦ τρύζειν ἐστὶν, ἀφ' οὗ γίνεται ἡ τρυγών. Τελειότερον δέ φασι τοῦ τετριγέναι τὸ ἰαχεῖν. Ὅθεν τὰ μὲν νήπια, τετριγῶτα, ἡ δὲ μήτηρ, ἀμφιαχυῖα. Ζηνόδοτος μέντοι, φασὶν, ἀντὶ τοῦ τετριγῶτας, τιτίζοντας γράφει, οἷα κρίνας αὐτὸ τοῦ τετριγέναι καιριώτερον. Καίτοι φασὶν οἱ παλαιοὶ, ὅτι ἁπλῶς μὲν, τιτίζουσιν οἱ νεοσσοὶ, κατεσθιόμενοι δὲ, τρίζουσιν. Ἔστι δὲ τρίζειν, τὸ λεπτὸν ἠχεῖν, κατὰ τὰς νυκτερίδας, αἳ καὶ αὐταὶ τρίζειν λέγονται, ὡς ὁ ποιητὴς ἐν τῷ τέλει τῆς Ὀδυσσείας (Ω. 5—9.) φησί· τὸ μέντοι τρύζειν, ἀφ' οὗ ἡ τρυγὼν, * τραχυφωνότερόν ἐστι. Σημείωσαι δὲ, ὅτι ἐκ τοῦ τιτίζειν, τίτις κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, βραχὺ ὀρνίθιον, ἣ καὶ πᾶν, φησὶ, μικρὸν ὀρνίθιον ὑπὸ τῶν παλαιῶν οὕτω καλεῖται. Ἕτερος δέ τις φησὶ καὶ ὅτι κατὰ μίμησιν, ἤτοι ὀνοματοποιίαν· ὅθεν ἴσως καὶ * τιτιγόνιον ζωΰφιον παρὰ τῷ αὐτῷ, ὅμοιον τέττιγι, [vide Nostrum infra in v. Τεττιγόνια.] Et ad Il. Ψ. p. 1399. 46. ed. Basil., Μάλιστα δὲ, φασὶ, στρουθάρια, ὧν καὶ ἡ β' ῥαψῳδία ἐμνήσθη, τρίζουσιν, ἢ τιτίζουσιν κατὰ Ζηνόδοτον. Scholia a Villoisono edita ad Il. B. v. 314.: Τετριγῶτας· Ζηνόδοτος γράφει, τιτίζοντας, εὐτελὴς δὲ ἡ λέξις· κατὰ φύσιν γὰρ φθεγγόμενοι οἱ νεοττοὶ τιτίζουσιν, οἱ δὲ κατεσθιόμενοι, τρίζουσιν. Cf. Phavor. in v. Τετριγῶτας, qui partem verborum Eustathii e priore loco exscripsit." Fr. Gul. Sturz. Prolus. v. de Vocibus Animalium, Grimæ, 1810. 4. p. 4. "Oppian. Cyneg. iii. 125., Πρυλέες τρίζουσι νεοσσοί. Male h. l. interpretatur Turnebus, Teneri pupiunt pulli. Recte Brodæus, Densi et conferti, quo sensu vocem πρυλέες in Homero veteres Grammaticos accepisse docet Hesych. h. v. Vulgatum τρύζουσι mutavimus in τρίζουσι, quod illud fere semper de turture, hoc vero de reliquis etiam avibus dicitur. Ipsi tamen veteres auctores in usu horum verborum sibi non satis constitisse videntur. Ecce enim Hesych., qui * τριγὸς interpretatur τρυγὼν, quod a τρύζειν derivatum est, [Eustath. ad Il. I. p. 651. 7., Ἔστι δὲ τρύζειν τὸ πολυλογεῖν ἢ * πολυφωνεῖν, ἐξ οὗ καὶ τρυγὼν, ἣν ἡ παροιμία ἐπὶ σκώμματι τῶν πολυλογούντων παραλαμβάνει, λαλιστέρους τρυγόνων τοὺς τοιούτους καλοῦσα. Καὶ τὴν αἰτίαν λέγει ἡ Περὶ τῶν Ζώων Ἱστορία (Aristot. Hist. Anim. ix. 49. extr.) δηλοῦσα συνεργάζεσθαί τι τῷ ὀρνιθίῳ καὶ τὰ ὄπισθεν πρὸς τὸ πολύφωνον. Hæc et plura affert eruditissimus Sturz. l. c. p. 11. not. 72.] τριγὸς vero est a τρίζειν. Hinc Latine de hirundine *Trissare, Trissitare* dicitur. Cf. Bondam V. L. p. 247., ubi in Glossario Ms. est, *Hirundo minurit*: cum alter Glossographus generatim id vocabulum omnibus avibus proprium dicat, *Aves*, inquit, *minuriunt, vel vernicant, vel vernant*. Est vero verbum *Minurire* ductum ex Græco μινυρίζειν, quod Bondam monere omisit. Simili ratione a voce, quam edit attagen, ductum est * ἀτταγάζειν, (ab ἀτταγᾶς enim fit ἀτταγαί), quod Hesych. explicat κιχλίζειν. Sic enim ille, * Ταγατίζων, κιχλίζων. Inversis literis est legendum, Ἀτταγίζων, vel Ἀτταγάζων. Dicitur vero κιχλίζειν de risu impudico, immodico, meretricio, ut etiam τριγλίζειν. Sic enim Hesych. Τριγλίζειν· κατὰ μίμησιν ἐπὶ τῶν γελώντων. Cf. Interpp. ad Mœrin. p. 213—15." Jo. Gottl. Schneider. Anal. Crit. in Scriptt. vett. Gr. et Lat. p. 44. Ex ipsius vero emendatione verbum ἀτταγάζω in Lexicon suum referre debebat vir doctus. In eo autem peccat, quod Ἀτταγίζων vel Ἀτταγάζων pro Ταγατίζων Hesychio restituendum censeat, cum Ταγατίζων proculdubio, ut ex verborum ordine patet, in Codice quodam corrupto scriptum legisset Lexicographus. Nugantur profecto Is. Voss. et Albertius, Ταγατίζων ad vocem Ταγγὸς, Rancidus, referendum esse putantes.

manos (et Græcos) aureis catenis vinctos hinc inde ductos esse, quo vellent illos sequi, nusquam lectum, neque auditum." Secundum Toup. Emendd. in Suid. T. ii. p. 146. et p. 598. "est κουράλιον, sive κοράλιον nihil aliud, quam κόρη ἁλὸς, Nympha marina, sive Filia maris. Alii aliter deducunt, de quo Salmas. ad Solin. p. 63. Sed hoc verum. Κόραν λίμνας vocat nescio quis in Epigr. Anthol. Cephalæ p. 43." Epigramma illud est incerti poetæ n. cxv. Ibi, conjectura Toupii rejecta, Brunck. et Jacobs. Anthol. T. xi. p. 353. Ἀρτέμιδος Λιμνάτιδος mentionem fieri viderunt, de qua Dea multa supra diximus. Κουράλιον autem, sive Κοράλιον, nihil aliud esse quam κόρη ἁλὸς, quo minus cum Toupio credamus, vetat Græcæ linguæ ratio, quæ, si vocem a κόρη et ἅλς compositam sibi voluisset, κοράλιον, sive κουράλιον certe non tulisset. Amplectenda est igitur Salmasii sententia, quam nos ex idoneis auctoribus firmavimus, κοράλιον nempe, sive κουράλιον proprie esse parvam κόρην. De deminutivis in αλιον desinentibus silet Spohnius, qui in libro de Extrema Odysseæ Parte ceteras omnes deminutivorum formas diligenter collegit, docteque exposuit. Nobis quidem in hac festinatione hujus rarioris formæ præter κοράλιον non succurrit exemplum. Sed pauca quædam exempla in Græcis scriptoribus reperiri posse nulli dubitamus. Ut ad Pollucis locum revertamur, Hyperidis κόρην pro numismate eum accepisse, cum proculdubio orator ille pupam fictam in animo habuerit, nemini mirum esse videbitur, qui ejus Onomasticon nocturna diurnaque versarit manu. Non enim semel tantum atque iterum, sed sæpenumero peccavit in interpretandis veterum auctorum locis. Grave exemplum habes in iis, quæ ex Platone attulit ii. 220.: Περὶ μέντοι τὴν κοιλίαν κατὰ τὰ λαιὰ ὑπὸ τὸ διάφραγμα, ὁ σπλὴν κεῖται, ὃν Πλάτων ἐκμαγεῖον τοῦ ἥπατος γεγενῆσθαί φησιν· ἄλλην γὰρ οὐδεμίαν χρείαν παρέχεται. At Platonem ipsum longe aliter de splene cogitasse vidit E. H. Barker., cujus notas ad Schæferi Etym. Mag. mox edendas inspice, si res tanti est.]

[Ἄγαλμα Ἀρτέμιδος Λευκοφρύνης, sive Λευκοφρυήνης. Pausan. Attic. i. 26., Τῆς δὲ εἰκόνος πλησίον τῆς Ὀλυμπιοδώρου χαλκοῦν Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἕστηκεν, ἐπίκλησιν Λευκοφρύνης· ἀνέθεσαν δὲ οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους. Μάγνητες γάρ, ὧν ἦρχε Θεμιστοκλῆς λαβὼν παρὰ βασιλέως, Λευκοφρύνην Ἀρτεμιν ἄγουσιν ἐν τιμῇ. Idem in Lacon. iii. 18., Καὶ ἄγαλμα δὲ Λευκοφρύνης ἐστὶν Ἀρτέμιδος. "De hac Diana simili fere habitu cum Ephesia expressa vide Heynium, qui in Antiquar. Auff. i. St. p. 109. omnia, quæ ad thronı Amyclæi descriptionem pertinent, docte explanavit et illustravit." Facius. Strabo L. xiv. p. 647=958. de Magnesia: Ἐν δὲ τῇ νῦν πόλει τὸ τῆς Λευκοφρυήνης ("sic et vett. Libri, Xyl. Λευκοφρυνὴς," Marg. Casaub. forte Xyl. scripsit Λευκοφρύνης, non Λευκοφρυνὴς) ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος, ὃ τῷ μὲν μεγέθει τοῦ ναοῦ καὶ τῷ πλήθει τῶν ἀναθημάτων, λείπεται τοῦ ἐν Ἐφέσῳ· τῇ δ' εὐρυθμίᾳ καὶ τῇ τέχνῃ τῇ περὶ τὴν κατασκευὴν τοῦ σηκοῦ πολὺ διαφέρει· καὶ τῷ μεγέθει ὑπερφέρει (vett. libri ὑπεραίρει) πάντας τοὺς ἐν Ἀσίᾳ πλὴν δυοῖν, τοῦ ἐν Ἐφέσῳ, καὶ τοῦ ἐν Διδύμοις. Clemens Alex. Cohort. ad Gent. p. 13=39., Ἐνταῦθα τῆς Λευκοφρύνης τὸ μνημεῖον, οὐκ ἄξιον παρελθεῖν, ἑπομένους Ζήνωνι τῷ Μυνδίῳ· ἢ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ἐν Μαγνησίᾳ κεκήδευται, ubi Cod. Nov. habet, Λευκοφροσύνης: corrupte forsan pro Λευκοφρυήνης. Ceterum notandus est hic Clementis locus, qui Leucophrynen et Dianam distinguit. Appian. de Bell. Civ. v. 9. T. ii. p. 723. ed. Schweigh., Τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἀρσινόην, ἐκτὸς οὖσαν ἐν Μιλήτῳ τῆς Λευκοφρύνης Ἀρτέμιδος. Nicander ἐν δευτέρῳ Γεωργικῶν apud Athen. xv. p. 683. Cas. p. 490. Schweigh.: Αὐτὰρ ἀκανθοβόλοιο ῥόδου κατατέμνεο βλάστας, Τάφροις τ' ἐμπήξειας, ὁδὸν διπάλαιστα τελέσκων. Πρῶτα μὲν Ἠδονίηθε, Μίδης ἄπερ, Ἀσίδος ἀρχὴν Λείπων, ἐν κλήροισιν ἀνέτρεφεν Ἡμαθίοισιν, Αἰὲν ἐν ἑξήκοντα πέριξ κομόωντα πετήλοις. Δεύτερα Νισαίης Μεγαρηίδος· οἰδὲ Φασηλὶς, Οὐδ' αὐτὴ Λευκοφρυς ἀγασσαμένη ἐπιμεμφὴς, Ληθαίου Μάγνητος ἐφ' ὕδασιν εὐθαλέουσα. Sic edidit Schneider., cujus hæc sunt verba:—" Edd. Λεύκοφρυν ἀγασσαμένης. Canter. et Casaub. corrigebant Λεύκοφρυς ἀγασσαμένους. Sententiam Casaub. esse ait hanc: 'Sed neque Phaselis, neque Leucophrys eo nomine fuerint contemtu dignæ, verum admiratione potius.' Palmerius Λεύκοφρυν ἀγασσαμέναις scribi voluit, quod interpretabatur: 'Quæ Dianam Leucophryn vocatam colebant.' Reliqua verba non explicavit. Sed Diana Λευκοφρύνη vocata fuit; et cetera non convenire recte monuit Schweigh., qui ἀγασσαμένη Λεύκοφρυν scripsit et vertit, 'Nec ea quæ Leucophryn Dianam colit spernenda, Lethæi Magnetis ad undas florens.' In annotatione ita, 'Nec illa civitas quæ Leucophryn Deam colit.' Ipse tamen difficultatem versionis hujus vidit postea, ideoque conjecit scribendum, Οὐδ' αὖ ἡ Λεύκοφρυν ἀγασσαμένη ἐπιμεμφὴς, hac sententia, 'Neque rursus, neque vero.' Manet tamen illa difficultas duplex, prima, cum Λεύκοφρυς Diana ipsa Leucophryne dicitur; altera, cum nomen civitatis omissum suppletur; quæ utraque ratio nullo modo excusari, nedum probari potest. Civitatis utriusque Leucophryos et Phaselidis ager rosis egregiis abundabat, ita tamen, ut Odoniis et Nicæis de primatu facile concederet. Ipsa itaque Phaselis et Leucophrys non contemnere, sed potius admirari rosas istas dicitur. Vide dicta ad Xenoph. Hellen. iii. 2. 19. p. 142. et iv. 8. 17." At si cum Schneidero legas, Οὐδ' αὐτὴ Λεύκοφρυς ἀγασσαμένη ἐπιμεμφὴς, Ληθαίου Μάγνητος ἐφ' ὕδασιν εὐθαλέουσα, triplex est difficultas, prima, cum constructio verborum ἀγασσαμένη ἐπιμεμφὴς parum intelligi potest, præsertim si cum eodem Schneidero locum sic interpreteris, 'Civitatis utriusque Leucophryos et Phaselidis ager rosis egregiis abundabat, ita tamen, ut Odoniis et Nicæis de primatu facile concederet. Ipsa itaque Phaselis et Leucophrys non contemnere, sed potius admirari rosas istas dicitur': secunda autem, cum pronomen Rosas significans omissum suppletur, id quod in hoc contextu non fert Græcæ linguæ ratio: tertia vero, cum Λεύκοφρυς de urbe alibi Magnesia dicta ponitur, quod ἐν τοῖς ἅπαξ λεγομένοις annumerandum erit. Scimus quidem Λεύκοφρυς antiquum fuisse nomen insulæ Tenedi, docere Diod. Sic. iv. 83., Strabonem, Plinium, et Heraclidem Ponticum de Polit. p. 514. ad calcem Cragii. Adde Hesych. Λεύκοφρυς· ἡ Τένεδος τὸ πάλαι, et Eustath. ad Hom. Il. A. p. 33. 23. Sed ab hujus lectionis fautoribus requirimus, quo alio veteris scriptoris testimonio probari possit, urbem, Magnesiam ad Mæandrum, Λεύκοφρυν appellari solere. Vide Clementis locum supra allatum. Nos cum Schweighæusero scribendum omnino censemus, Οὐδ' αὖ ἡ Λεύκοφρυν ἀγασσαμένη ἐπιμεμφὴς, 'Neque rursus,' 'Neque vero.' "Manet tamen illa difficultas duplex," inquit Schneider., "prima, cum Λεύκοφρυς Diana ipsa Leucophryne dicitur, altera, cum nomen civitatis omissum suppletur; quæ utraque ratio nullo modo excusari, nedum probari potest." Imo nulla est revera difficultas; Λεύκοφρυς enim Diana dicitur in nummis Hadriani, teste Brotier. mox citando, et cur non hic liceat nomen civitatis omissum supplere, Οὐδ' αὖ ἡ Λεύκοφρυν ἀγασσαμένη ἐπιμεμφὴς, parum intelligimus, cum, quam in animo habuerit urbem, versus hic alterum illum statim excipiens, Ληθαίου Μάγνητος ἐφ' ὕδασιν εὐθαλέουσα, evidenter demonstret. Sed, si cum Schneidero legere malis, Οὐδ' αὐτὴ Λεύκοφρυς ἀγασσαμένη ἐπιμεμφὴς, hoc modo locum interpretari debebis: Neque vero ipsa urbs Leucophrys reprehensionem eo nomine meretur, quod rosas suas admiretur, quamvis Odoniis et Nicæis de primatu facile concedat. Ceterum recte se habet in Strabone vulgata lectio Λευκοφρυήνης, a viris doctis suspecta. Diana enim modo Λευκοφρύνη, modo Λευκοφρυήνη dicitur. Tacitus Annal. iii. 62.: Proximo ("castigandum, e proximo, vide Misc. Obss. ix. 394.," Brotier) Magnetes L. Scipionis, et L. Sullæ constitutis nitebantur; quorum ille Antiocho, hic Mithridate, pulsis, fidem atque virtutem Magnetum decoravere, uti Dianæ Leucophryenæ perfugium inviolabile foret. "In nummis Hadriani Dianæ effigies ΛΕΥΚΟΦΡΥΣ

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. In nummis vero Otaciliæ Severæ, Dianæ templum, ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΛΕΥΚΟΦΡΥΗΝΗ. Vide Harduini Selecta Opera p. 97., et Marmora Oxoniensia p. 14. et 13." Brotier. " Dianæ Leucophryenæ. Ita Beroaldus et editt. omnes veteres. Lipsius emendavit, Leucophrynæ. At nihil mutandum; maxime cum habeantur nummi, in quibus appellatur ΛΕΥΚΟΦΡΥΗΝΗ, quam sic vocatam a Leucophryne, in hoc templo sepulta, docet Zeno Myndius apud Clem. Alex. in Protrept. p. 39. (l. c.) Marmora Oxoniensia, opus eruditissimum, Smyrnæorum et Magnetum fœdus exhibent, quod hunc Taciti locum egregie illustrat. Ibi enim p. 3. num. 85. memoratur templum Dianæ Leucophryenæ, in quo hujus fœderis exemplar fuit consecratum. ΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΤΗΙΠΡΟΣΤΩΙΜΑΙΑΝΔΡΩΙΕΝΤΩΙΤΗΣΑΡΤΕΜΙΔ . . . . . ΝΗΣΙΕΡΩΙ, id est, Ἐμ (pro ἐν) Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Λευκοφρυήνης ἱερῷ, Smyrnæi columnas fœderis consecrant Magnesiæ ad Mæandrum in Dianæ Leucophryenæ templo." Idem in Notis et Emendatt.]

[Ἄγαλμα Διονύσου Ἐλευθερέως. Pausan. Attic. i. 29.: Καὶ ναὸς οὐ μέγας ἐστὶν, ἐς ὃν τοῦ Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως τὸ ἄγαλμα ἀνὰ πᾶν ἔτος κομίζουσιν ἐν τεταγμέναις ἡμέραις. Idem ibid. i. 20., Δύο δέ εἰσιν ἐντὸς τοῦ περιβόλου ναοὶ, καὶ Διόνυσοι, ὅ τε Ἐλευθερεὺς, καὶ ὃν Ἀλκαμένης ἐποίησεν ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ. " Bacchus ita dictus est, quod ejus ξόανον ex illius templo apud Eleutherenses Athenas translatum fuerat, uti L. i. c. 38. in fine legimus, (Ἐν τούτῳ τῷ πεδίῳ ναός ἐστι Διονύσου, καὶ τὸ ξόανον ἐντεῦθεν Ἀθηναίοις ἐκομίσθη τὸ ἀρχαῖον· τὸ δὲ ἐν Ἐλευθεραῖς ἐφ' ἡμῶν ἐς μίμησιν ἐκείνου πεποίηται.)" Facius.]

[Ἄγαλμα Ἥρας τῆς Σαμίας. Pausan. Achaic. vii. 4.: Τὸ δὲ ἱερὸν τὸ ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας εἰσὶν οἳ ἱδρύσασθαί φασι τοὺς ἐν τῇ Ἀργοῖ πλέοντας, ἀπαγέσθαι δὲ αὐτοὺς τὸ ἄγαλμα ἐξ Ἄργους. Σάμιοι δὲ αὐτοὶ τεχθῆναι νομίζουσιν ἐν τῇ νήσῳ τὴν θεὸν παρὰ τῷ Ἰμβράσῳ ποταμῷ (" inde Samus Apollonio Rhod. L. i. v. 187. dicitur Ἰμβρασίης ἔδος Ἥρης, ubi vide Schol." Facius,) καὶ ὑπὸ τῇ λύγῳ τῇ ἐν τῷ Ἡραίῳ κατ' ἐμὲ ἔτι πεφυκυίᾳ· εἶναι δ' οὖν τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα ἀρχαῖον. Ὅ οὐχ ἥκιστα ἄν τις καὶ ἐπὶ ἀγάλματι τεκμαίροιτο· ἔστι γὰρ δὴ ἀνδρὸς ἔργον Λίγινήτου Σμίλιδος τοῦ Εὐκλείδου.]

[Ἄγαλμα Διὸς Ὑμηττίου, et Ἀγχεσμίου. Pausan. Attic. i. 32.: Ἀθηναίοις δὲ τὰ ὄρη καὶ θεῶν ἀγάλματα ἔχει· Πεντέλῃσι μὲν Ἀθηνᾶς, ἐν Ὑμηττῷ δὲ ἄγαλμά ἐστιν Ὑμηττίου Διός· βωμοὶ δὲ καὶ Ὀμβρίου Διὸς καὶ Ἀπόλλωνός εἰσι Προοψίου. Καὶ ἐν Πάρνηθι Παρνήθιος Ζεὺς χαλκοῦς ἐστι, καὶ βωμὸς Σημαλέου Διός (" Valcken. ad Herod. p. 401. scribendum censet Ἰκμαλέου, Pluvii Jovis, Ζεὺς Ἰκμαῖος est in Apollon. Argon. L. ii. v. 524., ubi vide Schol." Facius.) Ἔστι δὲ ἐν τῇ Πάρνηθι καὶ ἄλλος βωμὸς, θύουσι δὲ ἐπ' αὐτοῦ, τοτὲ μὲν Ὀμβριον, τοτὲ δὲ Ἀπήμιον καλοῦντες Δία. Καὶ Ἄγχεσμὸς ὄρος ἐστὶν οὐ μέγα, καὶ Διὸς ἄγαλμα Ἀγχεσμίου.]

Εὐαγγελίζω et Εὐαγγελίζομαι, Lætum nuntium affero, Læta nuntio, εὐαγγέλια λέγω. Cyprian. alicubi ad verbum reddit Bene nuntio. Sed veteres scriptores voce media potius usi sunt. Aristoph. Eqq. (642.) Ὦ Βουλὴ, λόγους ἀγαθοὺς φέρων, Εὐαγγελίσασθαι πρῶτον ὑμῖν βούλομαι. Ubi Schol. annotat, εὐαγγελίσασθαι Attice dici pro εὐαγγέλια λέγειν. E quibus colligo eum εὐαγγελίσασθαι cum accusat. λόγους non conjunxisse, sed absolute positum existimasse. Solet tamen alioqui cum accusativo poni rem significante, ac tum exponitur a multis simpliciter, Nuntio. Antiphon, [imo Lycurg. c. Leocr. T. iv. p. 149.] Ὥσπερ τῇ πατρίδι μεγάλας εὐτυχίας εὐαγγελιζόμενος. Sic Demosth. Pro Cor. (p. 332. 9.) Οὐκ ἐπὶ μὲν τοῖς ἑτέρων εὐτυχήμασι φαιδρὸς ἐγὼ καὶ γεγηθὼς κατὰ τὴν ἀγορὰν περιέρχομαι, τὴν δεξιὰν προτείνων, καὶ εὐαγγελιζόμενος τούτοις οὓς ἂν ἐκεῖσε ἀπαγγέλλειν οἴωμαι: hic enim non absolute positum puto εὐαγγελιζόμενος, sed cum εὐτυχήματα, vel ejus relativo ἐκεῖνα, debere jungi, quod ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetatur e proxime præcedentibus. Possumus, meo judicio, tamen et vim verbi retinendo, εὐαγγελίζεσθαι εὐτυχίας vel εὐτυχήματα, interpretari, Lætum de successu vel successibus, vel de rebus prospere gestis, nuntium afferre. [Reisk.: " Significans cum congratulatione, sibi esse res lætas et jucundas auditu, quarum eum certiorem possit facere."] Synes. Epist. Ἀπειλήσας γὰρ κίνδυνον, εὐηγγελίσω τὰ λῴονα, ubi Adr. Turneb. εὐηγγελίσω, simpliciter vertit Nuntiasti. Idem ap. Philon. de V. M. (p. 681. 8.) Εὐαγγελιζομένη φορὰν ἀκροδρύων reddidit simpliciter Proventum baccarum denuntiantem. Ego reddere mahuissem, Lætum, vel jucundum, nuntium de proventu baccarum afferentem. Alioqui si εὐαγγελιζομένη simpliciter reddas Denuntiantem, vel Nuntiantem, nihilo majorem vim habebit quam simplex ἀγγέλλουσα. [" Thom. (p. 379.) ait semper dativo συντασσόμενον, semel tantum in Chariclea accusativo junctum inveniri, (Εὐαγγελίζομαι· οἱ πάντες δοτικῇ, ἅπαξ δέ που καὶ αἰτιατικῇ συντασσόμενον εὕρηται, ὡς παρὰ Χαριτλείᾳ, καὶ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ· σὺ δὲ δοτικῇ ἀεὶ σύντασσε.) Chariclea autem lego, ut sit nomen fabulæ fortasse Heliodori, e meo Thoma Ms. et Phavor. non Chariclide, ut in Lib. vulgato Parisiis Thomæ editum est. (V. Oudendorp. ad Thom.) Loci autem qui ab eo citantur Demosth. et Antiphontis, in quibus τὸ εὐαγγελίζεσθαι accusativo συντάττεται, sic accipiendi, ut εὐαγγελίζεσθαι εὐτυχήματα, i. e. De successu lætum nuntium afferre, quod genus loquendi longe aliud est, quam illud, Afferre nuntium bonum alicui." Nunnes. ad Phryn. p. 113. At loci illi Demosth. et Antiphontis, quos in suo Thoma Ms. legerat vir doctus, in edito non leguntur, qua de re prorsus silere Thomæ interpretes non debebant. Ceterum Heliodori locus, ad quem respicit Thom., est L. ii. p. 75=64. Εὐαγγελίζομαί σε τὴν Δημαινέτης τελευτὴν, ubi egregia hæc notavit Coray.: Τὸ εὐαγγελίζομαι, συντάσσεται πρὸς δοτικὴν προσώπου

καὶ αἰτιατικὴν πράγματος, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις (σελ. 240=204. Καὶ τέλος αὐτῇ δεξιὸν εὐαγγελίζεται, 232=273. Τὰ πλῶιμα δὲ τοῖς ἐμπόροις εὐαγγελίζονται, καὶ 391=456. Τὴν νίκην εὐαγγελιζόμενος,) συνέταξεν Ἡλιόδωρος. Ὤφειλε τοίνυν κἀνταῦθα εἰπεῖν, Εὐαγγελίζομαί σοι τὴν Δημαινέτης τελευτήν. Καὶ Φρύνιχος μὲν δοτικῇ προσώπου συντάσσεσθαι λέγων, καὶ μαρτύρια παρατίθεται τῆς τοιαύτης συντάξεως ἐκ τῶν Κωμῳδῶν. Θωμᾶς δὲ ὁ Μαγίστρος, ὁμολογῶν τῷ Φρυνίχῳ, προσσημειοῦται καὶ τοῦθ' ὅτι ἅπαξ παρ' Ἡλιοδώρῳ ἐνέτυχεν αἰτιατικῇ συντασσομένῳ τῷ ῥήματι, τουτὶ δηλονότι αἰνιττόμενος τὸ χωρίον. Ἔστι μὲν οὖν εἰκάσαι γραφικῶς ἡμαρτῆσθαι τὸ σε ἀντὶ τοῦ σοι· εἰκὸς δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Ἡλιόδωρον οὕτω γεγραφέναι, τῇ τῶν Εὐαγγελιστῶν ἀκολουθήσαντα χρήσει. Καὶ γὰρ ἐν τῇ Νέᾳ Διαθήκῃ διττῶς εὕρηται συντεταγμένον τὸ ῥῆμα, καὶ δοτικῇ προσώπου, κατὰ τοὺς Ἀττικούς, Καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι, (Πρὸς Ῥωμ. Α, ιε'.) καὶ, Εὐηγγελίζετο τὸν λαὸν (Λουκ. Γ, ιή.), καὶ, Εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας (Πράξ. Η, μ'.) Locus in Phrynichi Ecl. est p. 112.: Εὐαγγελίζομαί σε· καὶ περὶ ταύτης τῆς συντάξεως διασκεπτόμενος ἐπί συχνὸν δή τινα χρόνον, εἴτε αἰτιατικῇ * συντακτέον αὐτὸ πτώσει, εἴτε δοτικῇ, εὑρίσκω κατὰ δοτικὴν ἡρμοσμένον. (" Prima Ed. εἴτε αἰτ. συντ. αὐτῇ—ἡρμοσμένην, perperam: εἴτε αἰτιατικῇ συντακτέον αὐτὴν—ἡρμοσμένην, bonum esset, et sic libri, credo, quidam." Pauw.) Ἀριστοφάνους μὲν οὕτω λέγοντος ἐν τοῖς Ἱππεῦσιν (l. c.), Εὐαγγελίσασθαί πρῶτος ὑμῖν βούλομαι· Φρυνίχου δὲ τοῦ Κωμῳδοῦ ἐν τοῖς Σατύροις οὕτως, Ὅτι πρὶν ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς βουλὴν, ἔδει καὶ ταῦτ' ἀπαγγείλαντα πάλιν πρὸς τὸν θεὸν ἥκειν. Ἐγὼ δὲ ἀπέδρων ἐκεῖνον δευριανὸν δεῖ. Καὶ οὕτω λέγουσιν, εὐαγγελίζομαι, ἢ εὐαγγελῶ, οὗ ὁ Πλάτων τὸ δεύτερον πρόσωπον λέγει εὐαγγελεῖς. " Phrynichi versus e Satyris alii aliter redintegrare conati sunt; mihi quum de prioribus plura, de extremis nihil, quod satis faceret, occurrisset, Hermanni sententiam percontatus sum, qui mihi difficile factu esse rescripsit, ut et trimetri retineantur, et vulgata non admodum deformetur; posse autem refingi in hunc modum: Ὅτιὴ πρὶν ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς βουλὴν ξδει τοιαῦτα Εὐαγγελισάμενον πόλει πρὸς τὸν θεὸν Ἥκειν· ἐγὼ δ' ἀπέδραν ἐκεῖνον δεῦρ' ἰόντα νῦν δή. Ad reliquorum similitudinem etiam medium revocari posse versum, addito sub finem τοπρῶτον. Abresch. Not. ad Xenoph. p. 213. Obss. Misc. V. x. T. 2. commemorato Phrynichi canone, ' satis,' inquit, 'imperite, ut solent scilicet hi magistri, ubicunque agitur linguæ indoles. Scire debebant hæc, ut structura, ita significatione differre; illud esse, Læto te nuntio impertio, Nuntio te exhilaro: hoc simpliciter, Nuntio tibi, Nuntium tibi affero. Optime Suid. quanquam nec ipse ab interpretibus intellectus, Εὐαγγελίζομαί σε· αἰτιατικῇ, Εὐαγγελίζομαι δέ σοι χαράν, (e Luc. ii. 10.)' E Suidæ testimonio nihil confici potest, nisi utramque constructionem tum in usu fuisse; at probatiorem fuisse alteram, Phrynicho credimus, cui præter causam adversatur Abresch. linguæ usum, non indolem requirenti. Atque præter Aristoph. Phrynich. Lycurg. et Demosth. ll. cc., Lucian. Icarom. xxxiv. T. ii. p. 790. Ἄπειμι τοίνυν καὶ τοῖς ἐν τῇ Ποικίλῃ περιπατοῦσι τῶν φιλοσόφων, αὐτὰ ταῦτα εὐαγγελιούμενος, (et Pro Lapsu inter salut. iii. T. i. p. 728. Εὐαγγελιζόμενος τὴν νίκην τὴν ἐκεῖθεν,) Synes. de Provid. p. 96. a. Τὴν βασιλείαν τοῖς Αἰγυπτίοις εὐηγγελίζετο. Sic Lucian. Philops. xxxi. T. iii. p. 58. (imo ibi construitur cum ὅτι,) Plut. Quæst. Rom. ix. p. 316. (adde eund. in Mario T. ii. p. 844. et in Pompeio T. iii. p. 841. Reisk.) Diogen. Epist. xxii. Joseph. Antiqq. v. 1. 265. (et v. 8. 2. Phalaridis Epist. cvii., notante Schæf. in Mss., Οὐκ ἀγνοῶ δὲ λύπας εὐαγγελιζόμενός σοι καὶ δάκρυα: v. Lennep. ibi, et ad p. 13. Charit. ii. 1. p. 31=22. indicante eodem Schæf. ibid. Σπεύδων εὐαγγελίσασθαι τῷ δεσπότῃ τὰ περὶ τῆς νεωνήτου.) Contrario quidem modo Alciphr. iii. 12. p. 306. Ταῦτά σε οὖν εὐαγγελίζομαι, (ubi Wagner. Abreschii notam in Misc. Obss. T. x. p. 213. Heusterhusio per errorem tribuit.) Heliod. ii. 16. 64. (sed v. Coray. supra cit.) Chrysost. T. vi. p. 135. c. Euseb. de V. Constant. iii. 26. 592. (Τὰς γυναῖκας εὐαγγελιζόμενος,) sed idem de Laud. Const. viii. 743. Vales. vulgarem viam ingressus, εὐαγγ. τινί τι. Verum hi omnes, quam pauci sunt, quamque novitii, ad illos si comparentur?" C. A. Lobeck. Obss. incd. in Phrynichi Ecl. " Multis verbis," ut ait Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 520., " accedunt istiusmodi accusativi ab ellipsi præpositionis cujuspiam recti." De constructione hujus verbi, Schæf. in Mss. monente, consulendus est Albert. Peric. Crit. p. 15. et Abresch. Paraphras. p. 243. Valck. ad Scapulæ marg. affert e Pausan. iv. 19. Δύο μὲν οὖν ἐς Σπάρτην ἀπ' αὐτῶν ἐλθόντες, Λακεδαιμονίοις Ἀριστομένην εὐηγγελίζοντο ἡλωκέναι. Construitur cum ὅτι in Luciani Philops. xxxi. T. iii. p. 58. Πρόσειμι τῷ Εὐβατίδῃ, εὐαγγελιζόμενος αὐτῷ, ὅτι καθαρὰν καὶ ἀδείμαντον ἤδη ἕξει τὴν οἰκίαν οἰκεῖν, et in Theophr. Char. xvii. 5. Πρὸς τὸν εὐαγγελιζόμενον, ὅτι υἱός σοι γέγονεν: etiam cum infinitivo in Jamblichi V. Pythag. ii. p. 34. Kiessl. Ὥστε ἐκ παντὸς εὐηγγελίζετο, εἰ τοῖς δηλουμένοις ἱερεῦσι συγγένοιτο, θειότατον αὐτὸν καὶ σοφώτατον ὑπὲρ ἅπαντας ἔσεσθαι ἀνθρώπους, et Josephi Antiqq. vi. 4. 2. Ὅπου συμβαλεῖς τῷ σεσῶσθαί σου τὰς ὄνους εὐαγγελιουμένῳ. Vide Jensii Ferc. Lit. p. 1. et Schwarz. Comment. L. Gr. p. 595. Dionis Hist. lxi. p. 993. 29. Καὶ ὅτι σώζοιτο εὐηγγέλιτε δῆθεν αὐτῷ.]

Εὐαγγελίζειν, et εὐαγγελίζεσθαι, quorum illud quidem rarius, utpote duobus tantum locis, in Sacr. Lit. declarat Annuntiare Christi doctrinam, quæ εὐαγγέλιον κατ' ἐξοχήν vocatur. Interdum absolute ponitur, ut i. ad Cor. ix. (16.) Ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα· ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται· οὐαὶ δέ μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. Interdum additur casus personæ, isque vel accusativus, ut Act. viii. (40.) Καὶ διερχόμενος εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας: vel dativus, ut ad Rom. i. (15.) Καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. Interdum vero casus rei, videlicet accusativus, ut Act. x. (36.) Εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην. Sic Gal. i. (23.) Εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν. Sic Act. v. (42.) Εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν: nam et hic accusativus est rei, quum per Jesum Christum significetur doctrina de Jesu Christo: quæ etiam pacis et fidei aliisque hujusmodi nominibus intelligitur, adeo ut εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην sit Lætum de pace nuntium afferens, i. de doctrina Christi. Itidemque in aliis similibus locis. ‖ Ponitur etiam passive aliquoties tum de re, ut 1 Petr. i. (25.) Τὸ ῥῆμα τὸ εὐαγγελισθὲν εἰς ὑμᾶς: tum de persona, ad Hebr. iv. (2.) Καὶ γὰρ ἐσμὲν εὐηγγελισμένοι. [Ibid. 6. Καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες. Matth. xi. 5. Πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, Pauperibus doctrina Christiana traditur. Porro construi hoc verbum interdum etiam cum præpositionibus εἰς, ἐν, πρὸς, notavit Schleusner. Lex. in N. T. qui tamen nulla hujus constructionis exempla citavit.]

Εὐαγγελιστὴς, οῦ, ὁ, Evangelista. Sic autem vocantur in N. T. qui erant secundi ab Apostolis, quosque illi tanquam asseclas et collegas habebant in fungendo suo munere promulgandi Evangelii, ideoque nulli ecclesiæ erant addicti: ut ad Ephes. iv. (11.) Τοὺς δὲ, προφήτας, τοὺς δὲ, εὐαγγελιστάς. Postea vero ædificatis jam ecclesiis, quum et Apostolorum et Evangelistarum munus desiisset, translatum est nomen ad quatuor illos historiæ Christi scriptores, ac peculiariter Joanni tributum pro cognomine, ut ab altero Joanne distingueretur. [Vide Euseb. Hist. Eccles. v. 9., ad quem provocat Schleusner., et Steph. Middelboe D. de Evangelistis Ecclesiæ Apostolicæ, Hafn. 1779. 4. Theophylact. ad Ephes. l. c. p. 536.: Τοὺς δὲ εὐαγγελιστάς· ἢ τοὺς τὸ εὐαγγέλιον συγγραψαμένους, ἢ τοὺς μὴ περιόντας μὲν πανταχοῦ, εὐαγγελιζομένους δ' οὖν, ὡς Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας. " Posterior expositio etsi verior, non tamen omni vacat difficultate. Quemadmodum enim Apostolorum prædicatio non erat certo alligata loco, ita nec horum; nam Apostolis proximi erant, iisque munus affine habebant: gradu tantum dignitatis erant dispares. Apostolorum namque mandato ad varias proficiscebantur Ecclesias, Evangelium prædicaturi, et opus ab Apostolis inchoatum perfecturi. Hoc agnoscit Theodoret. optimus Scripturæ interpres, ad locum Apostoli p. 308.: Ἐκεῖνοι περιιόντες ἐκήρυττον, Illi circumeuntes prædi-

cubant." Suicer. Thes. Eccles. In Act. xxi. 8. Ἐλθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, est i. q. διδάσκαλος s. διάκονος εὐαγγελίου, ut et 2 Tim. iv. 5. Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον, ἔργον ποίησον εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. Evangelistas quatuor illos, qui historiam dictorum et factorum Christi conscripserunt, Chrysost. teste Suicero Thes. Eccles. p. 1234. appellat, * Τετράπολον ἅρμα τῶν Εὐαγγελιστῶν. Sed forte leg. * τετράπωλον, seu potius * τετράθηρον. Nam Chrysost. Homil. cxxii. T. 6. dixisse, Τετράθηρον ἅρμα τῶν Εὐαγγελίων, de curru Evangeliorum quatuor constanti animalibus, docuit idem Suicer. supra in Εὐαγγέλιον citatus.]

[* Εὐαγγελιστάριον, τὸ, " Liber Ecclesiasticus Græcorum, quem Græci ita describunt: Εὐαγγελιστάριον περιέχον τὴν τῶν εὐαγγελιστῶν διαδοχήν, πόθεν ἄρχονται, καὶ ποῦ καταλήγουσιν, ἔτι δὲ καὶ κανόνια λε', ἐν οἷς εὑρίσκεται ἀεί ποτε τὸ εὐαγγέλιον τῶν κυριακῶν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ· ὁμοίως καὶ τὸ ἑωθινὸν, καὶ ποῖος ἦχος ψάλλεται ἐν ἑκάστῃ κυριακῇ, καὶ ἕτερα ἀναγκαῖα περὶ τοῦ εὑρεῖν τὴν ἡμέραν τοῦ ἁγίου πάσχα, καὶ * πασχάλιον διηνεκὲς συντεθὲν παρὰ Ἐμμανουὴλ τοῦ Γλυκωνίου: Evangelistarium continens Evangelistarum continuationem, unde incipiant, et unde finiant. Præterea canones xxxv. in quibus semper invenitur Dominicarum totius anni Evangelium, similiter matutinum, et quis tonus canatur singulis Dominicis, et alia necessaria ad inveniendum diem sancti Paschatis, et Paschalium perpetuum compositum ab Emm. Glyzonio. Assumuntur (assuantur, ap. Ducang. in Gl. M. et I. Gr.) præterea Canones Evangelici Eusebii ad Cyprian." Suicer. Thes. Eccles.]

[* Εὐαγγελίστρια, ἴας, ἡ, Quæ Evangelium docet. " Legitur ap. Chrysost. Homil. xxxi. T. v. p. 190. ubi ad Matthæi xv. 21. Κύριε, υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με· εὐαγγελίστρια γίνεται ἡ γυνὴ, καὶ τὴν θεότητα, καὶ τὴν οἰκονομίαν ὁμολογεῖ, Evangelista fit mulier." Suicer. Thes. Eccles. Alium ejusdem Chrysost. locum protulimus supra in Lex. Vocc. peregr. p. ccclvii. b.]

[* Εὐαγγελισμὸς, οῦ, ὁ. " Amphil. 37. Andr. Cret. 110. Athan. i. 814. Hexapl. incert. 2 Reg. xviii. 20." Abr. Kall. in Mss. 1." I. q. εὐαγγέλιον, Lætus nuntius. Chrysost. Πιστεῦσαι τῷ εὐαγγελισμῷ, Læto credere nuntio. 2. Est dies Annuntiationis. Synodus in Trullo Can. lii. Ἐν πάσαις ταῖς τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν ἡμέραις, παρεκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, γενέσθω ἡ τῶν * προηγιασμένων ἱερὰ λειτουργία. Zonar. ad hunc Canonem p. 172. Τὴν ἡμέραν τοῦ εὐαγγελισμοῦ τιμῶμεν ὡς ἀρχὴν καὶ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας ἡμῶν. Typicum Sabæ p. 11. Καὶ εἰς τὴν * ὑπαπαντὴν (sic), καὶ εἰς τὴν κοίμησιν, καὶ εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν, Et in purificationem B. Virginis, et in Dormitionem, et in Annuntiationem. Orat. liii. Theophanis hunc habet titulum, Ὁμιλία εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς * ὑπεραγίας Θεοτόκου. Ibid. p. 359. hoc festum vocatur κορωνὶς πασῶν τῶν ἑορτῶν. Celebratur xxv. Martii. Germanus Patriarcha in Canonum volumine ap. Zonaram, dicit orthodoxos ἑορτάζειν τὸν εὐαγγελισμὸν κατὰ τὴν κε'. τοῦ Μαρτίου μηνός. Ideo autem hoc die celebratur etiam hodie, quia annuntiatio hæc ab Angelo facta sit viii. Kal. Aprilis, juxta Pet. de Natal. iii. 225. quod tamen sine certo auctore affirmatur. In Concilio Toletano x. anno DCLIX. præcipitur Can. i. ut solennitas Dominicæ Matris die xv. Kal. Januarii omnimodo celebretur. Armenii vero celebrabant quinta Januarii. Nicon. de Relig. Armen. ' Quinto mense Januarii vespera festum Evangelismi celebrant.' Primus Athanas. qui floruit circa A. D. cccxl. de hoc festo quædam retulit, in enarratione Evangelii εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς Θεοτόκου, T. i. p. 1029. illudque non tam in honorem Mariæ, quam Christi celebratum fuisse haud obscure innuit: Μία τῶν δεσποτικῶν πρώτη τε καὶ * πάνσεπτος ἑορτὴ, κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων τάξιν, καὶ σύνταξιν τῶν ὑποκειμένων ἐν τοῖς κατὰ Χριστὸν κηρύγμασιν ὑπάρχουσα, τοῦ θειοῦ εὐαγγελισμοῦ κλητὴ ἁγία ἡμέρα, περὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ καταβάσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ." Suicer. Thes. Eccles. Cf. Meurs. in Glossar. et Ducang.]

'Αναγγέλλω. F. λῶ. P. κα, ex ἀνὰ et ἀγγέλλω compositum, ut Latine, Annuntio, vel Renuntio, pro Nuntio. Cum dat. rei et accus. pers. [imo dat. personæ et accus. rei.] Et 'Αναγγέλλομαι, pass. Nuntior, Nuntius de me affertur. Plut. in Pericle (T. i. p. 631.) 'Ανηγγέλθη τεθνεὼς μὲν αὐτὸς, Allatus est nuntius ipsum mortuum esse, vel Allatus est de ejus morte nuntius. 'Αναγγελήσεται, διηγηθήσεται, id est Narrabitur, Suid. [et Zonar. p. 196. "Eadem Phavor. Sæpe vero ἀναγγέλλειν in libris sacris est Docere, Enarrare. Sed glossa pertinet ad Ps. xxi. 34. 'Αναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη." Tittmann. Hesych. 'Αναγγέλλει· κηρύσσει, λέγει. " Dicitur in utramque partem de re læta ac tristi, et in Codd. haud raro cum ἀπαγγέλλειν permutatur. Marc. v. 14. Ἔφυγον καὶ ἀνήγγειλαν: in plurimis Codd. ἀπήγγειλαν legitur. Ibid. v. 16. Ἀνάγγειλον αὐτοῖς ὅσα σοι ὁ Κύριος πεποίηκεν. Act. xiv. 27. xv. 4. xvi. 38. 2 Cor. vii. 7. Jo. iv. 25. Ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα, Veram Dei colendi rationem nos docebit: xvi. 14. Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, Meam doctrinam vobis uberius et perfectius tradet. Ibid. 15. 25. Act. xx. 20. Μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν καὶ διδάξαι ὑμᾶς. Theodot. Daniel. ii. 26. Εἰ δύνασαί μοι ἀναγγεῖλαι τὸ ἐνύπνιον. Deut. xxiv. 8. Νόμον, ὃν ἂν ἀναγγείλωσιν ὑμῖν οἱ ἱερεῖς. Defero, sensu forensi, (Anglice, to denounce,) Jo. v. 15. Καὶ ἀπήγγειλε τοῖς Ἰουδαίοις, Et nomen ejus detulit ad assessores Synedrii magni. Prædico, Præsignifico, Jo. xvi. 13. Καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν, Et futura etiam vobis significabit. Fateor, Profiteor, Act. xix. 18. Ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν. Ita Deut. xxvi. 3. Jes. xlviii. 6." Schleusner. Lex. in N. T. Usurpatur et cum præpos. πρὸς in 4 Reg. vii. 9. Ἀναγγείλωμεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως, Annunciemus domui Regis. Vide Bielii Nov. Thes. Philol. Pro Narrare, Indicare, est ap. Xenoph. Ag. v. 6. Ἀγησίλαον δέ τι πράξαντα τοιοῦτον οὔτε ἰδὼν πώποτε οὐδεὶς ἀνήγγειλε. " Renunciare suis, de legatis, K. A. i. 3. 21. Ἀναγγέλλουσι (Ms. Eton. ἀγγέλλουσι) τοῖς στρατιώταις. (J. Poll. viii. 139. de legatis, Ἀνακηρυχθῆναι, ἀναγγελθῆναι, καὶ τὰ ὅμοια.) Paulo ante dicitur ἀπαγγέλλουσι, quod usitatius est. Ita fere accipiendum esset in loco, quem sic laudat Phavor. Ἀναγγέλλω· τὸ ἀναφέρω ἀπὸ ἐλάττονος εἰς μεῖζον πρόσωπον, οἷον, Ἀναγγέλλει ὁ δοῦλος τῷ δεσπότῃ, ὡς καὶ Ξενοφῶν· Ἀριαῖος δὲ ἐλθὼν Κύρῳ περὶ πάντων ἀναγγέλλει. Sed non reperimus hunc locum." Lex. Xenoph. " Dionys. Hal. Antiqq. Rom. T. i. p. 412. T. ii. p. 1257. Reisk." Schæf. in Mss. Eurip. Iphig. T. 760. Τἀνόντα κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτον πτυχαῖς Λόγῳ φράσω σοὶ πάντ' ἀναγγεῖλαι φίλοις.]

[* 'Αναγγελία, ἴας, ἡ, Designatio. J. Poll. viii. 139. de legatis, Τὰ πράγματα ἀναγόρευσις, ἀνακήρυξις, ἀνάῤῥησις, ἀναγγελία. Marmor antiquum ap. Kœn. ad Greg. Cor. p. 618. ΤΑΣ ΔΕ ΑΝΑΙΤΕΛΙΑΙΑΣ (sic duabus literis, ut videtur, male repetitis, pro ΑΝΑΙΤΕΛΙΑΣ, quod deinde recurrit) ΤΩΝ ΣΤΕΦΑΝΩΝ (ΕΠΙΜ)ΕΛΕΙΑΝ ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ ΤΟΙΣ ΣΤΡΑΤΑΓΟΙΣ. E Chandleri Inscript. 22. affert Schneider. in Add. ad Lex. p. 686. Æschyli Prom. 682. Ἦκον δ' ἀναγγέλλοντες * αἰολοστόμους Χρησμοὺς, ἀσήμους, δυσκρίτως τ' εἰρημένους.]

[* 'Αναγγελτικὸς, ἡ, ὸν, " Maxim. ad Dionys. Areop. p. 464. et G. Pachym. p. 482." Abr. Kall. in Mss.]

[* 'Ανάγγελτος, ὁ, ἡ, Silentio suppressus. G. Wakef. in Mss. affert ex Hesych. 'Ανάπυστα· ἀνεκλάλητα, καὶ * ἀνεξάκουστα, ὁ δὲ Ἡλιόδωρος, ἀνάγγελτα, ἐκδηλα, καὶ ἐξάκουστα, καὶ ἄῤῥητα, καὶ ἐξάγγελτα. Apollon. Lex. Homer. 'Ανάπυστα· ἐκδηλα, ἐξάκουστα, ὁ δὲ Ἡλιόδωρος, ἀνάγγελτα. " Extat Od. A. 273. Loquitur Ulysses de Epicasta, aut, quemadmodum Tragici vocant, Jocasta, quæ nupsit suo filio. Ubi ἀνάπυστα alii reddunt, Vulgata; Heliodorus autem, Silentio suppressa, quod falsum est. Quis enim Jocastæ historiam non audivit? Ad hunc Homeri locum alludit Hesych. 'Ανάπυστα (f. l. ἀνάπυστα)· φανερὰ, ἀνήκοα, ἀναφανδά. Hic idem significat ἀνήκοα (f. l. ἀνήκουστα), ac τὸ Heliodori ἀνάγγελτα." Villois. Plura de his glossis vide in 'Ανάπυστα.]

[* Προαναγγέλλω. "Saracenica Sylburgii p. 65. 23." Boissonad. in Mss.]

[* Ἀναγγελίζω. Tab. Heracl. p. 214. Δοκιμάσουσι καὶ ἀναγγελιοῦσιν ἐν ἀλίᾳ, Probanto et pronuntianto in concilio.]

Ἀπαγγέλλω, ex ἀπὸ et ἀγγέλλω compositum, pro ἀγγέλλω, ut Latine, Annuntio et Renuntio, pro Nuntio, vel generaliter pro Expono, Refero, Narro, Hom. Il. I. 625. ἀπαγγεῖλαι δὲ τάχιστα Χρὴ μῦθον Δαναοῖσι, καὶ οὐκ ἀγαθὸν περ ἐόντα, et Il. P. 409. Ἦ οἱ ἀπαγγέλλεσκε Διὸς μεγάλοιο νόημα, Xenoph. K. Π. (ii. 4. 7.) Ἀπαγγείλατε τῷ Ἰνδῶν βασιλεῖ, et viii. (7. 3.) Καὶ τῇ μητρὶ ἀπαγγείλατε [ἀπαγγέλλετε] ὡς παρ' ἐμοῦ. Demosth. Pro Cor. (xiii.) Ὁ δεῦρ' ἀπαγγείλας τὰ ψευδῆ. ["Ὁ τὰ ψευδῆ δεῦρ' ἀπαγγείλας, Hermogenem p. 256. e Demosth. citasse," notavit Reisk. Ind. Græc. Demosth. sed locum non indicavit.] Sic ἀπαγγέλλω ἐπὶ τὰ κοινὰ, Plut. ἀπαγγέλλω εἰς ὑμᾶς, Demosth. Dicitur et ἀπαγγέλλειν περί τινος. Plutar. in Consol. ad Uxorem, Ὃν ἔπεμψας ἀπαγγελοῦντα περὶ τῆς τοῦ παιδίου τελευτῆς. || Pro ἀπαγγεῖλαι autem dicitur et ἀπαγγείλασθαι voce media: unde Plut. in Alex. Τοὺς δὲ πρώτους τὴν Ἀρπάλου φυγὴν καὶ ἀπόδρασιν ἀπαγγειλαμένους ἔδησεν. || Sic et Ἀπαγγέλλομαι pro ἀγγέλλομαι. Xen. (Memorab. i. 2. 33.) Ἀπαγγελθέντος δ' αὐτοῖς τούτου. Plato, Ἐπιεικῶς, ἦν δ' ἐγὼ, ἀληθῆ ἀπήγγελται. Plut. in Galba, Ἀπηγγέλη τῷ Γάλβᾳ εἰς τὸ παλάτιον. ["Ponitur quidem pro ἀπαγγέλλειν, Renunciare, etiam ἀγγέλλειν, K. Π. viii. 2. 7. τοὺς ἀπαγγείλαντας regi suo ὅσα καιρὸς—τί ἂν ἀγγείλαντες, sed diserte distinguuntur vi. 2. 7. p. 366. Εἰ δὴ ταῦτα ἤγγειλέ τις—ἀπαγγελομένων, Cum nunc renunciata sint per quosdam a nobis subornatos." Lex. Xenoph. Ἀπαγγέλλω, Demosth. Renuntio, ut legati faciunt a legatione redeuntes, quod ἀποπρεσβεύειν Plut. (Reip. ger. Præc. T. ix. p. 251. Reisk. Ὡς οὖν ἔμελλον ἐπανελθὼν ἀποπρεσβεύειν ἀναστὰς ὑ πατὴρ καϑ' ἰδίαν, ἐκέλευσε μὴ λέγειν, ᾠχόμην, ἀλλ', ᾠχόμεθα, μηδὲ, εἶπον, ἀλλ', εἴπομεν, καὶ τἆλλα συνεφαπτόμενον οὕτω καὶ κοινούμενον ἀπαγγέλλειν) alicubi dixit, Homerus ἀποφᾶσθαι. Bud. [" Tribuitur 1. legatis et aliis, qui suis renunciant responsa s. mandata, v. c. K. A. i. 4. 12. Οἱ δὲ ποιήσαντες ἐκκλησίαν, ἀπήγγελλον ταῦτα: ii. 1. 16. Σπονδὰς ἢ πόλεμον ἀπαγγελῶ. 2. Legatis, qui a suis mandata aliis renunciant: K. A. ii. 3. 3. Ἄγγελοι οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται τά τε παρὰ βασιλέως τοῖς Ἕλλησιν ἀπαγγεῖλαι, καὶ τὰ παρὰ τῶν Ἑλλήνων βασιλεῖ—ἀπαγγέλλετε τοίνυν αὐτῷ. K. Π. iv. 1. 11. Τἆλλα προθύμως ἀπήγγελλε τοῖς Μήδοις. K. A. ii. 1. 14. Παρ' ἡμῶν δὲ ἀπάγγελλε ταῦτα: s. 15. legatus dicit, Πότερα μενεῖτε καὶ σπονδαί εἰσιν ἢ ὡς πολέμου ὄντος παρ' ὑμῶν ἀπαγγελῶ. 3. Omnino omnibus, qui renunciant suis, qui narrant iis quorum refert. Hellen. ii. 1. 19. Ἀπέπλευσεν ἡ Πάραλος ἐς Ἀθήνας ἀπαγγέλλουσα τὰ γεγονότα. K. A. ii. 4. 2. vii. 1. 22. Ἀπεκρίνατο ὅτι τοῖς οἴκοι τέλεσι ἀπαγγελεῖ. Hellen. v. 4. 33. vi. 4. 7. Ἀπηγγέλλετο ἐκ τῆς πόλεως αὐτοῖς, ὡς κ. τ. λ. K. Π. viii. 4. 10. Ὅπως ταῦτα—ἀπαγγελθῆναι παρ' ἧ εὐδοκιμεῖν βούλει. 4. Pro dativo adduntur præposs. εἰς vel ἐπὶ, K. A. vi. 4. 18. Ἀπαγγέλλει τις ταῦτα εἰς τὸ στρατόπεδον: Hellen. ii. 2. 8. Πρέσβεις ἀπήγγειλαν ταῦτα εἰς πόλιν: iii. 2. 15. Ἕως ἀπαγγελθείη τὰ λεχθέντα τῷ Δερκυλλίδᾳ ἐς Λακεδαίμονα, τῷ δὲ Τισσαφέρνει ἐπὶ βασιλέα, Donec Dercyllidas et Tissaphernes renunciari jussissent: v. 1. 29. Ἀπήγγελλον ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πόλεις. Item πρὸς, Hellen. vii. 1. 26. Ἀπήγγειλε πρὸς τοὺς μυρίους: vii. 5. 1. Ὡς ταῦτα ἀπηγγέλθη πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων. Legatis respondere, K. A. ii. 3. 5. Δοκεῖ καὶ ἐμοὶ ταῦτα· οὐ μέντοι ταχύ γε ἀπαγγελῶ—ἀπήγγελλεν ὅτι σπένδοιτο: ii. 5. 5. vii. 1. 3. s. 22. Τὰ παρὰ Ἀναξιβίου ἀπαγγελλόμενα. Per legatos promittere, Hellen. vii. 4. 38. Ἔλεγον ἀπαγγέλλοντες, ὅτι κ. τ. λ. Indicare, K. Π. viii. 6. 8. Σατράπης—ἢν τίς τι παραλίπῃ—βασιλεῖ ἀπαγγέλλει. K. A. i. 7. 2. Αὐτόμολοι ἀπήγγελλον Κύρῳ περὶ κ. τ. λ. Imp. iv. 8. ἀπαγγέλλειν dicuntur οἱ κατάσκοποι. In var. lect. ἀπηγγέλθη est pro ἀπελογήθη. Vide Ἀπολογεῖσθαι. Item ἀπαγγείλωσιν pro ἐπαγγείλωσιν. Vide Ἐπαγγέλλειν. Ἀπαγγέλλεσθαι, Renunciare, K. A. vi. 1. 10. Ἀπηγγέλλετο, ὅτι ἐπαινοίη αὐτοὺς ὁ Ἀναξίβιος." Lex. Xenoph. De ἀπαγγέλλω et ἐπαγγέλλω confusis v. Dorvill. ad Charit. p. 451=113. 474=459. 572=609. Dionys. Hal. T. iii. p. 1471. Fac. ad Pausan. T. i. p. 362. quæ loca in Schæferi Schedis notata reperimus. Idem vir doctus provocat ad Schol. in Philostr. ap. Boissonad. p. 522. (Καὶ τὰ τοῦ Παλαμήδους ὧδε ἀπαγγέλλει· διηγεῖται), et ad Jacobsii Animadvv. in Eurip. p. 39. (:—" Dio Chrysost. Or. lxx. p. 373. Reisk. Εἰ δέ τις ἀπαγγέλοιτο ΤΙ, ΩΣ μουσικὴν ἄριστα ἐπιστάμενος καὶ περὶ τοῦτο διατρίβων. Reisk. v. τι vel inducendum, vel cum τοι permutandum esse censet. Corrigendum vero, Εἰ δέ τις ἀπαγγέλοιτο ΠΩΣ κ. τ. λ. Si quis forte profiteatur musicæ peritiam:"—) item ad Simplic. Comm. in Epict. c. xxxi. p. 235. Schweigh. (Περισκελέστερον ἀπήγγελται πως τὸ ῥησείδιον, de quo loco v. Lobeck. ad Soph. Ajacem v. 648.): et ad Herod. 573. Diod. S. i. 89. Alciphr. p. 184. (Κληθεῖσα ὑπὸ Γλυκέρας εἰς τοσοῦτον χρόνον· ἀπὸ τῶν Διονυσίων γὰρ ἡμῖν ἀπήγγειλεν· οὐχ ἥκεις, εἰ μὴ δι' ἐκείνην), et Synes. in Dione p. 40. ed. Gr. Lat. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἥντινα μετὰ τῆς ἴσης δυνάμεως Ἀριστοφάνης ἀπήγγελκε,) et Charit. v. 2. p. 107=80. (Ἀρταξάτην δὲ τὸν εὐνοῦχον, ὃς μέγιστος ἦν παρὰ βασιλεῖ καὶ δυνατώτερος, πρῶτον μὲν δώροις ἐτίμησεν, εἶτα, ἀπάγγειλον, εἶπε, βασιλεῖ κ. τ. λ.) et v. 9. p. 124=93. (Τὴν δὲ Καλλιρρόην εὐνοῦχοι παραλαβόντες ἦγαγον πρὸς τὴν βασιλίδα, μηδὲν αὐτῇ προειπόντες· ὅταν γὰρ πέμψῃ βασιλεὺς, οὐκ ἀπαγγέλλεται), ubi Dorvill. " Nusquam mihi hic mos adnotatus occurrit, sed non finxit, et proculdubio e quodam Persicarum rerum scriptore hausit. At adituri regem ad eum prius se applicabant, qui gerebat τὴν τῆς εἰσαγγελείας τίμην: v. Brisson. de R. P. p. 36. et quæ pœna id negligentium, patet e libro Estheræ c. iv. 16. et v. 2. Atqui quod rex in gynæceum ingressurus neminem præmiserit nuntiandi adventus ergo, rationis est. At hic de omnibus dicitur, qui regis jussu reginam convenire debent." Theophr. Char. vii. 3. Ἀπαγγέλλειν τὰς ἐκκλησίας, Narrare aliis ea, quæ in concione acta et decreta sunt, enuntiare. Demosth. Pro Cor. p. 285. 3. Reisk. Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς εἰσῆλθεν ἡ βουλὴ, καὶ ἀπήγγειλαν (ad populum) οἱ πρυτάνεις τὰ προσηγγελμένα ἑαυτοῖς. Æsch. Sept. c. Th. 1007. Δοκοῦντα καὶ δόξαντ' ἀπαγγέλλειν με χρὴ Δήμου προβούλοις τῆσδε Καδμείας πόλεως. Philemonis Lex. p. 151. Ἀπαγγέλλω· τὸ μηνύω, καὶ διηγοῦμαι, γενικῇ συντάσσεται, καὶ Ἀπαγγέλλω· τὸ τὰ παρ' ἑτέρων εἰρημένα, ἢ γεγραμμένα, ἀπὸ στόματος λέγω, καὶ τὸ λέγω, ἢ φράζω ἅπερ εἶδον καὶ γινώσκω. In Phavorino, Philemonis exscriptore, pro γενικῇ rectius legitur δοτικῇ. Glossæ: Ἀπαγγέλλω· Denuncio, Adnuncio, Enuncio. Renuncio, O. Ἀπαγγέλλει· Renuntiat, P. Enuntiat. Ἀπήγγειλεν· Retulit, P. Ἀπηγγέλθη· Relatum est, P. Suid. Ἀπηγγέλη· ἐμηνύθη. Schæf. in Mss. consuli jubet Fischeri Animadvv. ad Gr. Gr. Welleri Spec. ii. p. 363.:—" Ἀγγέλλω etiam in fut. 2. retinet literam e. Certe ap. Herod. iv. 153. legitur in bonis libris (Arch. Vind. Ald. F. Paris) aor. 2. ἀπήγγελον, (Οἱ δὲ Θηραῖοι, ἐπεί τε τὸν Κορύβιον λιπόντες ἐν τῇ νήσῳ, ἀπίκοντο ἐς τὴν Θήρην, ἀπήγγελον ὡς σφι εἴη νῆσος ἐπὶ Λιβύῃ ἐκτισμένη,) et ap. Arrian. Anab. ii. p. 125. Blanc. ἐπαγγέλη. Cf. ad Plat. Phædon. i. η. 12." Locus est hic, Ταῦτα μὲν ἤγγειλέ τις, καὶ ἐθαυμάζομέν γε, ὅτι, πάλαι γενομένης αὐτῆς, πολλῷ ὕστερον φαίνεται ἀποθανών. " Ald. Bas. I. 2. ἤγγελε. Steph. inde fecit ἤγγελλε, quod post eum retinuere alii Dialogorum Platonis editores, ut ap. Xenoph. K. Π. iv. 1. 11. Junt. et Cod. Alt. ἀπήγγελε, sed Ald. ἀπήγγελλε, et Cod. Guelf. ἀπήγγειλε. Nos igitur nunc rescripsimus ἤγγειλε. Nam primo Aoristus et Imperfectum sæpe ita conjunguntur: v. ad Criton. xii. 4. Deinde Librarii etiam alibi permutarunt inter se ista verbi Tempora, ut ap. Xenoph. K. A. v. 2. 10. Ὁ δὲ τοῖς πελτασταῖς πᾶσι παρήγγελλε, sed Suid. v. Διηγκυλημένον legit παρήγγειλε, ut ap. Xen. K. Π. iii. 3. 29. pro παρήγγελλον Librarius Cod. Guelf.

dedit, sed perperam, παρήγγειλον. Denique in Cod. Tub. et August. diserte scriptum ἤγγειλε extat. Et profecto Aoristus ipsi rei congruentior esse videtur." Fischer. Eurip. Hec. 666. ἧς ἀπηγγέλθη τάφοι Πάντων Ἀχαιῶν διὰ χερὸς σπουδὴν ἔχειν, ubi Porson. a Schæf. in Mss. citatus:—"Ἀπηγγέλη Aug. 3. Cant. Extat ἠγγέλης Iphig. T. 939. ubi ἠγγέλθης legi possit. Vide ad Phœn. 986." Plura de h. v. habes in Munthei Obss. Philolog. in N. T. p. 57. Bielii Thes. et Schleusneri Lex. Hesych. Ἀπαγγέλλω· φανερὸν ποιῶ. J. Poll. viii. 138. Ἀπὸ δὲ κηρύκων, κηρύξαι ἐρεῖς, καὶ ἀποκηρύξαι καὶ ἐπικηρύξαι, προκηρύξαι, ἀνακηρύξαι, ἀνειπεῖν, καὶ ἀναγορεῦσαι, ἐπικηρυκεύσασθαι, ἐκεχειρίαν ἀπαγγεῖλαι.]

Ἀπαγγέλλω σοι ἀγῶνα παρανόμων, pro Denuntio tibi litem, affertur ex Libanio. [J. Poll. viii. 29. Γραφῆς δὲ, ἐπὶ τῶν δημοσίων ἀδικημάτων, ὅπερ ἂν εἴη ἡ νῦν ἐγγραφὴ, ὥσπερ εἰπεῖν, ἐγγράψασθαι, ἀποθέσθαι γραφὴν, ἀπενεγκεῖν, ἀπενέγκασθαι, ἐπενεγκεῖν, ἐπαναγαγεῖν, ἀπαγγεῖλαι, ἀποθέμενος, ἀπενεγκὼν, ἀπαγγείλας, ἀπενέγκας, ἐπαναγαγὼν, ἐπενεγκάμενος, γραψάμενος. "Ms. ἐπαγγεῖλαι, non ἀπαγγεῖλαι, et mox omisso ἀπαγγείλας, ita Ms. noster, Ἀπενέγκας, ἐπαγαγὼν, γραψάμενος, ἐπαγγείλας omisso ἐπενεγκάμενος. Nec dubito quin verius illud ἐπαγγεῖλαι et ἐπαγγείλας in re judiciaria, quam vulgata. Vide Budæum. Et hinc sane ἐπαγγελία, de qua Harpocratio, et Noster infra s. 43. et 44. qui et s. 67. γραφὴν et ἐπαγγελίαν jungit." Jungerm.]

Ἀπαγγέλλω, Pronuntio, Enuntio, i. e. Cœptum mentis eloquor, inquit Bud. addens hoc exemplum ex Demosth. p. 224. (=538.) Οὐδεὶς ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦτ' ἀπαγγέλλων, δύναιτο τὸ δεινὸν παραστῆσαι τοῖς ἀκούουσι. Addit idem Bud. ἀπαγγέλλειν ἀσαφῶς, Obscure effari, i. q. ἑρμηνεύειν. Cum his Budæi convenire puto hæc Hermogenis, Ἀπαγγελίαν λέγω αὐτὴν λέξιν δι' ἧς ἀπαγγέλλεται τὰ ἐπινοήματα. Sæpe autem apud auctores ἐπαγγελία perperam positum invenitur pro ἀπαγγελία. [Plut. in Catone Maj. xii. T. ii. p. 570. Θαυμάσαι δέ φησι τοὺς Ἀθηναίους τὸ τάχος αὐτοῦ καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς φράσεως· ἃ γὰρ ἐξέφερε βραχέως, τὸν ἑρμηνέα μακρῶς καὶ διὰ πολλῶν ἀπαγγέλλειν. Soph. Œd. T. 958. Elmsl. Εἰ τοῦτο πρῶτον δεῖ μ' ἀπαγγεῖλαι σαφῶς, Εὖ ἴσθ' ἐκεῖνον θανάσιμον βεβηκότα. Vide nos ad Ἀπαγγελία.]

[J. Poll. vi. 149. Βραχέσι ῥήμασι πολὺν νοῦν ἀπαγγέλλων, Brevibus verbis multum sensus comprehendens, ubi Seber. e Plut. in Phocione p. 452. affert, Πλεῖστον ἐν ἐλαχίστῃ λέξει νοῦν ἔχων.]

Ἀπαγγέλλω, Memoriter recito, τὰ γεγραμμένα ἀπὸ στόματος λέγω. Syn. Πυνθάνῃ περὶ Διοσκορίου πόσους ἀπαγγέλλει στίχους ἑκάστης ἡμέρας. Bud. Vide Phavor. et Philemonis Lexx. ll. cc.]

Ἀπαγγέλλω, ἐπὶ τοῦ ἀπειλῶ καὶ δεδίττομαι, Bud. e J. Poll. [ix. 155. Ταυτὸν δ' ἂν εἴη, ἐκπλήττειν, θορυβεῖν, ἀπειλεῖν, ἐπαπειλεῖν, ἀπαγγέλλειν, ἀπαγγέλλεσθαι, δεδίττεσθαι, ubi Jungerm. "Ms. omittit ἀπαγγέλλειν, ἀπαγγέλλεσθαι, et eorum exempla rara sane; nec adnoturunt aliunde VV. DD., quam hinc in ea significatione hæc verba. Latinum tamen Denuntiare ita adnotant pro Minari, proferentes locum ex Epist. ad Att. ii. 22. 'Volitat, furit, nil habet certi, multis denuntiat.' Adnotavit eam significationem et Gifan. in suis Comm. Ling. Lat. et Cic. L. iv. Attic. laudat, loco non addito, sed hoc ex Orat. 'Ut aliquid reticere dicat, ut denuntiet, ut liberius quid audeat,' sic enim leg. putat, ubi vulgo, 'Ut denuntiet, qui caveant ut liberius,' etc." "Att. xv. 20. 'Genus illud interitus quasi denuntiatum nobis ab Antonio.' Agr. ii. 5. 'Oculis denuntiare omnibus vim tribunitiam.' Cf. Att. ii. 21. 23. etc." Ernest. in Clave Ciceron.]

Ἀπαγγέλλομαι dicit Plato pro ἀπαγγέλλω, Pol. ii. p. 92., Τὴν παιδείαν οἴχ ὥαν τινὲς ἀπαγγελλόμενοί φασιν εἶναι, τοιαύτην καὶ εἶναι. Bud.

Ἀπαγγελτέον, Nuntiandum est, vel Enuntiandum.

Ἀπαγγελία, ας, ἡ, Enuntiatio, Pronuntiatio. Ἀπαγγελία videtur sumi hic ab Hermogene pro ἑρμηνεία, ut Bud. ἀπαγγέλλειν ἀσαφῶς exposuit ἑρμηνεύειν: Ἀπαγγελίαν λέγω αὐτὴν λέξιν δι' ἧς ἀπαγγέλλεται τὰ ἐπινοήματα. Vide Ἑρμηνεία. Sunt tamen qui hic genus figuræ esse scribant. ‖ Ἀπαγγελία significat etiam Recitationem quæ fit memoriter. Synes. verbis paulo ante citatis subjungit, Καὶ ἡ σιωπὴ τέλος ἐστὶν ἀπαγγελίας. [Diod. S. iv. 1. Ἡ δὲ τῶν χρόνων ἀπαγγελία (Vat. ἐπαγγ.) τὸν ἀκριβέστατον ἔλεγχον οὐ προσδεχομένη, καταφρονεῖν ποιεῖ τῆς ἱστορίας τοὺς ἀναγινώσκοντας· πρὸς δὲ τούτοις ἡ ποικιλία καὶ τὸ πλῆθος τῶν γενεαλογουμένων ἡρώων τε καὶ ἡμιθέων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνδρῶν, δυσέριστον ἔχει τὴν ἀπαγγελίαν, ubi Clar. 2. ἐπαγγ. "Prave id mutant. Ἀπαγγελία Phrasin narrationemque complectitur ambitu suo." Wesseling "Dio Chrysost. Or. xviii. p. 256. b—d. brevi spatio quater hoc vocabulum posuit: Ἡροδότῳ μὲν οὖν, εἴπερ ἔφορόν (forte ἐπίφορον, Jucundum, vel εὔωρον, Tempestivum) σοι, μετὰ πολλῆς ἡσυχίας ἐντεύξῃ· τὸ γὰρ ἀνειμένον καὶ τὸ γλυκὺ τῆς ἀπαγγελίας (ita cum Casaub. pro ἐπαγγελίας) ὑπόνοιαν παρέχει, μυθῷδες μᾶλλον ἢ ἱστορικὸν τὸ σύγγραμμα εἶναι. Τῶν δὲ ἄκρων Θουκυδίδης ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τῶν δευτέρων Θεόπομπος· καὶ γὰρ ἱστορικόν τι περὶ τὴν ἀπαγγελίαν τῶν λόγων ἔχει, καὶ οὐκ ἀδύνατος, οὐδὲ ὀλίγος (' si bene habet, de quo dubito, significabit i. q. ἀνειμένος, ἀμελὴς, ῥᾴθυμος, Qui parum aut nihil studii in ornanda et polienda oratione ponat: malim tamen aut ὀλίγωρος, aut λιτός.' Reisk.) περὶ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ τὸ ῥᾴθυμον περὶ τὰς λέξεις οὐχ οὕτως φαῦλον ὥστε σε λυπῆσαι, (ubi notante Valck. ad Scapulæ marg., ἀπαγγελία et ἑρμηνεία distinguuntur.) Ἔφορος δὲ πολλὴν μὲν ἱστορίαν παραδίδωσι· τὸ δὲ ὕφιον καὶ ἀνειμένον τῆς ἀπαγγελίας σοι οὐκ ἐπιτήδειον. Τῶν γε μὴν ῥητόρων τοὺς ἀρίστους τίς οὐκ ἐπίσταται; Δημοσθένην μὲν δυνάμει τε ἀπαγγελίας καὶ δεινότητι διανοίας, καὶ πλήθει λόγων πάντας τοὺς ῥήτορας ὑπερβεβληκότα· Λυσίαν δὲ βραχύτητι καὶ ἁπλότητι, καὶ συνεχείᾳ διανοίας καὶ τῷ λεληθέναι τὴν δεινότητα. Hic ubique hæc vox notat Formam dictionis, ut Aristides item usurpat Rhetor. p. 438. 446. 488. et Sopater Proleg. in Aristid. p. 8. licet etiam posset accipi pro Narratione orationum, præstat, ut in reliquis, Stilum orationum intelligere. Alibi et apud multos sæpe Narrationem notat, ut Platonis Rep. iii. p. 435. (de quo loco v. Fr. Ast. mox afferendum.)" Wyttenb. Animadvv. in Plut. de Recta Audiendi Ratione p. 390. "Male ergo in Josepho A. J. xiv. 1. 1. τὸ τῆς ἐπαγγελίας κάλλος, et Proœm. B. J. s. 5. τὴν ἐπαγγελίαν ἐναργῆ contra Codd. auctoritatem retinuerunt." Wesseling. l. c. "In harum permutatione vocum (ἀπαγγελία, ἐπαγγελία) et alias peccatum est a librariis, veluti in loco Clearchi ap. Joseph. adv. Apion. i. 22. Οἰκοῦν, εἶπεν ὁ Ἀριστοτέλης, κατὰ τὸ τῶν ῥητορικῶν παράγγελμα γένος αὐτοῦ πρῶτον διέλθωμεν, ἵνα μὴ ἀπειθῶμεν τοῖς τῶν ἀπαγγελιῶν διδασκάλοις: ita recte legitur ap. Euseb. P. E. ix. p. 409. d. et restitutum inde est pro vulgata ἐπαγγελιῶν in Ed. Haverkamp. T. ii. p. 454. utrum hoc loco, prouti vertitur, Narrandi magistris, an Dicendi magistris, vertendum sit, nec satis constat, neque etiam multum refert." Wyttenb. l. c. "Ἀπαγγελία, Elocutio, eadem quæ λέξις, (distinguit tamen Dio l. c. τὴν ἀπαγγελίαν, τὴν ἑρμηνείαν, et τὰς λέξεις.) Dionys. Art. Rhet. c. 5. p. 257. Aristid. Πολιτ. p. 641. (ii. p. 438.) Apud Dionys. Jud. Demosth. ix. p. 828. de Narratione historica speciatim, ut de ipsa oratione ap. Thucyd. iii. 67. βραχεῖα ἀπαγγελία. Alii et ἐπαγγελίαν, (sed perperam,) dicunt passim, quatenus differt ab ὑποθέσει, ἐννοήμασι, ἐπιχειρήμασι etc. der Ausdruk, im Gegensatze der Gedanken, und des Stoffs." J. Chr. Th. Ernest. Lex. Technol. Gr. Rhet. p. 33. Philostr. V. Apollon. i. 3. p. 5.: Μετέχοντι δέ μοι τοῦ περὶ αὐτὴν κύκλου· καὶ γὰρ τοὺς ῥητορικοὺς πάντας λόγους ἐκήνει, καὶ ἠσπάζετο· μεταγράψαι τε προσέταξε τὰς διατριβὰς ταύτας, καὶ τῆς ἀπαγγελίας αὐτῶν ἐπιμεληθῆναι· τῷ γὰρ Νιτίῳ σαφῶς μὲν, οὐ δεξιῶς δὲ ἀπηγγέλλετο. "Rhetoribus ἀπαγγελία nihil aliud est quam explicatio sensus animique conceptuum. Hermogenes ἀπαγγελίαν dicit αὐτὴν τὴν λέξιν δι' ἣν ἀπαγγέλλεται τὰ ἐπινοήματα. Frequentissima vox Nostro. Infra i. 14. Apollonio ἀπαγγελίαν δόκιμον καὶ

ἐγηγερμένην tribuit, in V. Sophist. Antiphontis σεμνὴν esse ἀγγελίαν (imo ibi legitur ἀπαγγ.) καὶ ἐπηνθισμένην ποιητικοῖς ὀνόμασι, Elocutionem elegantem et poeticis vocibus floridam, ait. Imo et Eudoxum, ut inter Sophistas referretur, τῷ κόσμῳ τῆς ἀπαγγελίας, Elocutionis elegantia, meritum esse ait. Sic ap. Plut. de Audiend. (T. vi. p. 154. Reisk.) Τῶν μειρακίων, οὔτε βίον, οὔτε πρᾶξιν, οὔτε πολιτείαν φιλοσόφου παραφυλαττόντων ἀνδρὸς, ἀλλὰ λέξεις καὶ ῥήματα καὶ τὸ καλῶς ἀπαγγέλλειν, ἐν ἐπαίνῳ τιθεμένων, τὸ δ' ἀπαγγελλόμενον εἴτε χρήσιμον, εἴτ' ἄχρηστον, εἴτ' ἀναγκαῖον, εἴτε κενὸν ἐστι καὶ περιττὸν, οὐκ ἐπισταμένων, οὐδὲ βουλομένων ἐξετάζειν. Ubi male Xyl. Quod bene pronuntiatur. Vertere debebat, Et elocutionis elegantia. Τῷ καλῶς ἀπαγγέλλειν opponitur τὸ οὐ δεξιῶς ἀπαγγέλλεσθαι, quod mox sequitur ap. Nostrum." Olearius. Pseudo-Longin. xliii. a Valck. ad Scapulæ marg. citatus: Ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπὶ τὰ ταπεινότερα ἀποδιδράσκει, δέον ποιήσασθαι τὴν αὔξησιν ἔμπαλιν, ἀλλὰ τῇ θαυμαστῇ τῆς ὅλης παρασκευῆς ἀγγελίᾳ παραμίξας τοὺς θυλάκους, καὶ τὰ ἀρτύματα, καὶ τὰ σαικία, μαγειρείου τινὰ φαντασίαν ἐποίησεν. " Libri scripti cum Robortello, ἀλλὰ τῇ: Manutius, Καὶ τῇ. Deinde Ms. Eliens. ἀπαγγελίᾳ. Recte. Rescribo, Ἀλλὰ καὶ τῇ θαυμαστῇ τῆς ὅλης παρασκευῆς ἀπαγγελίᾳ, Quin et præclaræ totius apparatus narrationi panaria et condimenta et sacculos immiscens, imaginem quandam culinæ exhibuit. Aliud est ἀγγελία, aliud ἀπαγγελία. Dionys. H. in Censur. Vet. p. 126. Ὁ Λυσιακὸς λόγος σύντομος καὶ στενὸς κατὰ τὴν ἀπαγγελίαν. Idem de Struct. Orat. x. Ἔφθακε τὴν τοῦ λίθου φορὰν τὸ τῆς ἀπαγγελίας τάχος. Philostr. V. Sophist. ii. 20. Σεμνοπρεπῆς τὴν ἀγγελίαν δοκεῖ καὶ βεβηκώς. Scribe, τὴν ἀπαγγ. (' Recipienda est emendatio ἀπαγγ.,' inquit Boissonad. ad Philostr. Her. p. 502., a Schæf. in Mss. allatus, ' proposita a Toupio ad Longin. p. 231. In A e correctione legitur ἐπαγγελίαν. Sed hic propria vox est ἀπαγγελία.' Idem Schæf. in iisdem Schedis consuli jubet Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 202. scribentem: ' Vox ἀπαγγ. bis terve restitui debuerat Thomæ M. p. 365.' Locus est hic: Καὶ ἑρμηνεία, καὶ ἀγγελία· ἑρμηνεύω δὲ, οὐ μὴν καὶ ἀγγέλλω. Φιλόστρατος ἐν τοῖς Βίοις τῶν Σοφιστῶν· Ἡ δὲ ἐπίπαν ἑρμηνεία τοῦ λόγου. Καὶ πάλιν· Τὸ δὲ κατὰ φύσιν ἑρμηνεύειν. Καὶ αὖθις ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· Σεμνοπρεπὴς τὴν ἀγγελίαν δοκεῖ, καὶ βεβηκώς. Ἡ δὲ φράσις κοινόν. Vide nos supra in Ἀγγελία. Sed fallitur vir doctus: nam Thomam M. suus vitiosus Philostrati Codex ἀγγελίαν, non ἀπαγγελίαν, exhibens, adeo in errorem induxit, ut ἀγγελίαν pro ἀπαγγελίαν, i. e. ἑρμηνείαν, Græce dici posse crederet.) Quæ vox restituenda Plutarcho de Audit. p. 45. Καὶ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν Λυσίου λόγον οὔτε κατὰ τὴν εὕρεσιν ἐπαινῶν, καὶ τῆς ἀταξίας αἰτιώμενος, ὅμως αὐτοῦ τὴν ἐπαγγελίαν ἐπαινεῖ, καὶ ὅτι τῶν ὀνομάτων σαφῶς καὶ στρογγύλως ἕκαστον ἀποτετόρνευται. Scr. τὴν ἀπαγγ. (Sic antea scribi jusserant J. Taylor. in Vita Lysiæ p. 59. et Wessel. l. c.; neque aliter edidit Wyttenb. ex A. C. D. Voss. Vulc. Xyl. ἀπαγγελίαν h. l. vertens, ' Ipsum stilum et formam orationis, quæ cernitur in verborum cum delectu, tum compositione, ut accipienda est vox ap. Plut. in Demosth. p. 846. f.') Restituenda etiam Achilli Tatio Amor. v. Ὁ γὰρ λογισμὸς πέμπων τῆς ψυχῆς τὰ ὄμματα πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τῶν γραμμάτων, ἐδείκνυε τὰ ὁρώμενα ὡς δρώμενα. Scr. τὴν ἀπαγγ. Eodem vitio laborat Heliodor. vi. Εἴ τι φράζειν ἔχετε, θᾶττον εἰπάτε, πρὸς θεῶν, μηδὲ ἐπιτείνητέ μοι τὴν συμφορὰν παρολιγῆς τῆς ἐπαγγελίας. Scr. ἀπαγγ. (et sic edidit Coray.) Locus ita vertendus est: Si quid habetis, ocyus exponite, per deos, neque augeatis nostram calamitatem narrationis prolixitate. Interpres hic tota via aberravit." Toup. " Ἐπαγγελία, vide Ἀπαγγελία (l. c.): nam utraque vox sæpe permutatur. Cf. Plut. de Aud. 40. (l. c.) et ibi Xyl. Apsin. Art. Rhet. p. 713. Ald. ubi de necessitate curæ agit, quæ dictioni danda sit. Ulpian. ad Demosth. Mid. p. 341. notat ἐπαγγελίαν a nonnullis dici, quod vulgo nominetur προοίμιον ° προκατασκευαστικὸν, h. e. σύνοψις τῶν λεχθησομένων. Ἐπαγγέλλειν μελέτην τινὶ, Aliquem ad declamandum, veluti ad certamen, provocare, Philostr. V. Soph. i. p. 525. in Vita Dionysii, (ubi Olear. ' H. e. ad ἀγῶνα σοφιστικὸν, et πρὸς ἄμιλλαν ἐπιδεικτικὴν provocare, ut loquitur Plutarch. Vide Cresoll. Theatr. Rhetor. iii. 4. p. 170. Adde s. Vit. Marci Byzantii, item Vit. Polemonis, et inf. Vit. Alexandri.') Phot. Cod. 165. etiam τὸ ἀπαγγέλλειν eodem modo dixisse videtur: v. Wernsd. ad Himerii Ecl. p. 16. et ad ejusd. Orat. xvii. p. 692." Ernest. Lex. Technol. Gr. Rhet. p. 114. Photii locus, ad quem respexit v. cl., nihil aliud est, quam titulus orationis ab Himerio conscriptæ: nempe p. 354. Ὅτε οὐ δεῖ πάντως δημοσίᾳ τὰς ἀκροάσεις ἀπαγγέλλειν. At ἀπαγγέλλειν hic ponitur non pro Ad certamen provocare, sed pro Pronuntiare: Non oportere recitationes omnes publice pronuntiare. Ceterum cf. locum, quem supra e J. Poll. viii. 29. protulimus. Platonis Polit. iii. 7. p. 74=394. Οὕτως, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ ἑταῖρε, ἄνευ μιμήσεως ἁπλῆ διήγησις γίγνεται. Μανθάνω, ἔφη. Μάνθανε τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι ταύτης αὖ ἐναντία γίγνεται, ὅταν τις τὰ τοῦ ποιητοῦ τὰ μεταξὺ τῶν ῥήσεων ἐξαιρῶν (V. ἐξαίρων) τὰ ἀμοιβαῖα καταλίπῃ. Καὶ τοῦτο, ἔφη, μανθάνω, ὅτι ἔστι τὸ περὶ τὰς τραγῳδίας τοιοῦτον. Ὀρθότατα, ἔφη, ὑπέλαβες, καὶ οἶμαί σοι ἤδη δηλοῦν, ὃ ἔμπροσθεν οὐχ οἷός τ' ἦν, ὅτι τῆς ποιήσεώς τε καὶ μυθολογίας ἡ μὲν διὰ μιμήσεως ὅλη ἐστὶν, ὥσπερ σὺ λέγεις, τραγῳδία τε καὶ κωμῳδία, ἡ δὲ δι' ἀπαγγελίας αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ—εὕροις δ' ἂν αὐτὴν μάλιστά που ἐν διθυράμβοις—ἡ δ' αὖ δι' ἀμφοτέρων, ἔν τε τῇ τῶν ἐπῶν ποιήσει, πολλαχοῦ δὲ καὶ ἄλλοθι, εἴ μου (V. εἴ μοι) μανθάνεις. " Ἀπαγγελία est Simplex διήγησις, ubi ipse loquitur poeta suisque ipse verbis omnia refert, quod fit in carmine lyrico, in quo poeta suos ipse sensus et cogitationes profert. Huic opposita est dramatica oratio, ubi poeta nunquam ipse loquitur, sed omnia eorum verba sunt, quos agentes inducit: hæc propria est μίμησις. Media inter utramque est narratio s. διήγησις epica, in quo poeta modo ipse loquitur, modo alios inducit loquentes. Tria hæc orationis poeticæ genera etiam Aristot. Poet. iii. 2. distinxit: Καὶ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς καὶ τὰ αὐτὰ μιμεῖσθαί ἐστιν, ὅτε μὲν ἀπαγγέλλοντα καὶ ἕτερόν τι γιγνόμενον, ὡς Ὅμηρος ποιεῖ, ἢ ὡς τὸν αὐτὸν καὶ μὴ μεταβάλλοντα, ἢ πάντα ὡς πράττοντας καὶ ἐνεργοῦντας τοὺς μιμουμένους. Cf. Casaub. de Poes. Satyr. p. 76. ubi v. Cren. et Ramb." Fr. Ast. " Not. ad Herod. 411. et 442.: ad Diod. S. i. 246. 301. 327. 330. 391. 566. ii. 187. 255. 279.: Brunckii Soph. iii. 501.: Dionys. H. de Compos. Verb. (loco jam supra a Toup. citato, ubi Upton. ' Observes ἀπαγγελίαν idem esse ac ἑρμηνείαν, et Elocutionem significare, quo sensu sæpius in hoc scriptore occurrit, nempe p. 39. 41. et 70. juxta Ed. Sylb., necnon ap. Chrysost. iv. Περὶ Ἱερωσ., Οὐδέν μοι φράσεως, οὐδὲ ἀπαγγελίας μέλει,') Dionys. H. Art. Rhetor. vii. T. v. p. 257. Reisk. (Ἀπαγγελία δὲ πρέποι ἂν μάλιστα μεμιγμένη τῷ τοιούτῳ λόγῳ, ἐναχοῦ μὲν συνεστραμμένη, ἐναχοῦ δὲ διῳημένη, τῆς ἐν τοῖς μύθοις ἀφελεστέρα. Τὸ δὲ σαφὲς τῆς ἑρμηνείας δι' ὅλου τοῦ λόγου μάλιστα ἐν σπουδῇ ἔστω τῷ λέγοντι, et Philostr. Heroic. p. 192. Τὸ γὰρ μὴ ὑποτεθεῖσθαι ταῦτα τὸν Ὅμηρον, ἀλλὰ γεγονότων τε καὶ ἀληθινῶν ἔργων ἀπαγγελίαν ποιεῖσθαι, μαρτυρεῖ ὁ Πρωτεσίλεως, πλὴν ὀλίγων, ἃ δοκεῖ μᾶλλον ἐκὼν μετασκευάσαι ἐπὶ τῷ ποιεῖν τε καὶ ἡδίω ἀποφῆναι τὴν ποίησιν, ubi) Schol. (Ἀπαγγελίαν· διήγησιν. Ἀπαγγελία μέν, ἡ διήγησις, ἐπαγγελία δὲ, ἡ ὑπόσχεσις), Constant. Cephalæ Præf. Stratonis Authologiæ præfixa, in Jacobsii Proleg. ad Anthol. T. vi. p. xlvii. (Τέρψιν οἰκείαν τὴν ἀπαγγελίαν τῶν ἐπιγραμμάτων, οὐ τὸν νοῦν ποιούμενος.)" Schæf. in Mss. Demosth. de Falsa Leg. p. 342. 20., indicante J. Seager. in Mss., Ὅτι ἐκ μὲν τῶν ἀπαγγελιῶν τὸ βουλεύσασθαι περὶ τῶν πραγμάτων ὀρθῶς ὑμῖν ἐστίν. Ἀπαγγελίαν h. l. Reisk. interpretatur " Renuntiationem legati de successu legationis suæ, quid effecerit, minusve effecerit." Lycurg. c. Leocr. p. 145. Reisk., notante Valck. ad Scapulæ marg., Ἐπιφανὴς γάρ ἐστι διὰ τὸν ἔκπλουν τὸν εἰς Ῥόδον, καὶ τὴν ἀπαγγελίαν, ἣν ἐποιήσατο καθ' ὑμῶν πρός τε τὴν πόλιν τὴν τῶν Ῥοδίων, καὶ τῶν ἐμπόρων τοῖς ἐπιδημοῦ-

σιν ἐκεῖ, οἳ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περικλείοντες δι' ἐργασίαν, ἀπήγγελον ἅμα περὶ τῆς πόλεως, ἃ Λεωκράτους ἀκηκόεσαν, ubi nota ἀπήγγελον, quod, una cum loco mox citando, exemplis supra in Ἀπαγγέλλω citatis addi potest. "Ἐπαγγελίαν, Nuntium, non credo. Veteres constanter in eo sensu ἀπαγγελίαν. Sic p. 168. 12. Ἀπήγγελεν, ὡς τὸ μὲν ἄστυ τῆς πόλεως ἐαλωκὸς καταλίποι, et p. 169. 11. Ὅτε Λεωκράτης ταῦτ' ἀπήγγειλε. Ad eam igitur normam rescribe." Taylor. Et quidem sic dedit Reisk. Glossæ: Ἀπαγγελία· Nunciacio, Renunciacio. Pro Nuntium legitur in Vet. Test., Jos. ix. 24. Ruth. ii. 11. et Nah. iii. 19. quæ loca citavit Biel. Thes. Obiter lectorem monere vellemus, vocem ὀλίγος, in Dionis loco supra a nobis prolato, quam Reisk. suspectam habebat, recte legi: ὀλίγος nempe i. q. ἀδύνατος, quocum ibi conjungitur. Sic voluit sane citerior Græcitas. Fundus locutionis forte est Hom. Od. I. 515. ἐὼν ὀλίγος τε, καὶ οὐτιδανὸς, καὶ ἄκμης.]

[* Ἀπάγγελσις, εως, ἡ. Boissonad. in Mss. affert e Συναγ. Λεξ. χρησ. in Bekk. Anecd. Gr. T. i. p. 438.: * Ἀπότριψις· * μελέτησις, ἀπάγγελσις, ἀγώνισις, προάγγελσις, τέκμαρσις, κάθεξις, πλάνησις, * διάφευξις, ἄνοιξις, ἐφόρμησις, ὅπλισις, ξέτησις, κούφισις, βλάψις, * ἐπαίνεσις, * ψόφησις, * διάρπασις, γυναίκισις, * λάλησις. Adde e Glossis, * Συμφοίτησις· Condiscipulatus, et ex Æschine in Timarch. p. 35. Περὶ τῆς συμφοιτήσεως τῶν παίδων: * Προσέγγισις, e Mich. Psello de Oper. Dæm. p. 85. Ὥσπερ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις τὰς προσεγγίσεις Αἰγυπτίαις ἐπαιοῦντο φωναῖς: et * Ἀντεπεπόνθησις, quod tanquam ex Eustath. ad Od. B. p. 1403. 13. nuper attulit Fr. Spitzner. in Ind. p. 383. Libri de Versu Gr. Heroico maxime Homerico, sed ibi non legitur, et porro p. 1403. pertinet ad Od. A. In eodem libello p. 149. notatur ex Apollonii Lex. Homer. p. 462. Μολίονε· μαχηταὶ, ἀπὸ τῆς κατὰ μάχην γενομένης * μωλήσεως. In Indice autem quod legitur * Ὀρθοτόνησις, id quidem certe non extat in p. 150. ad quam nos remittit vir eruditus, sed in p. 194. affertur ex Apollonio Dysc. de Pronom. Ad calcem vero ejusdem libelli in Dissert. Fr. Tr. Friedemanni de Med. Syllaba Pentam. Gr. Eleg. p. 371. reperiuntur hæc, quæ supra p. 319—21. notare debebamus:—"Rhiani versum ex Hom. Il. Schol. Venet. B. 195. petitum memoria lapsus attulit Spitzner. de Vers. Gr. Her. p. 50. Namque vere scribitur, Τοὶ δ' ἥδη ἐπὶ νηῶν ἐϋκνήμιδες Ἰάονες, unde faciam, Τοὶ δ' ἥδη ἐπὶ νηὸν ἐϋκνήμιδες Ἰάονες, respiciens Bacchylidem ap. Dionys. H. de Comp. Verb. xxv. Οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ * χρυσαιγίδος Ἰωνίας Χρὴ παρ' * εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας ἁβρόν τι δεῖξαι. Quos versus creticos recte quidem disposuit Goeller. in ed. Dionys. p. 219. sed Hermanno de Metr. p. 201. ed. sec. addendum videtur μέλος. De v. Ἰάονες s.* Ἰωνὶς s. * Ἰωνιὰς s. Ἰωνία s. Ἰωναία, Minervæ epitheto, (at Ἰάονη urbis est nomen, non Minervæ, ut censet vir doctus, epithetum,) multi egerunt, Creuz. ad Fragm. Hist. Gr. p. 44. Upton. ad Dionys. l. l. p. 400. ed. Schæf. Jacobs. ad Anthol. T. vii. p. 83. Casaub. et Tzschuck. ad Strab. ix. p. 631. Almel. (T. iii. p. 458. 614. et 635. Lips.) Heyn. ad Hom. Il. T. iv. p. 373. Schweigh. ad Polyb. xxvi. 5. T. vii. p. 578. coll. Schol. Apollon. R. i. 721. ubi aliorum conjectura ἥρωος non opus videtur. Antepenultima vero vocis Ἰωνὶς producitur nunc, nunc corripitur. Producitur, Hom. Il. B. 696. Δήμητρος τέμενος, Ἰωνά τε μήτερα μήλων, Apollon. R. i. 551. Ἔργον Ἀθηναίης Ἰωνίδος, v. 271. θεᾶς Ἰωνίδος ἔργον, v. 768. δῶρα θεᾶς Ἰωνίδος ἦεν Ἀθήνης. Corripitur, Callim. H. in Cer. 75. Ἴνθον Ἰωνιάδος, Bacchylid. l. l. Leonid. Tarent. xxi. 1. Μολοσσὸς Ἰωνίδι δῶρον Ἀθάνᾳ, coll. Dracon. Strat. p. 53. (ubi legitur Ἰῶνα, non, ut in Homero vulgo editur, Ἴτωνα.) Iis, quæ supra de vv. ἄσχημος et * εὔσχημος diximus, addi possunt quæ idem Friedemann. disputavit ibid. p. 329.:—"Schol. Eurip. Hec. 371. Cod. MMDCXLVIII. (in Fœhsii Sylloge Lectt. Gr. Gloss. Schol. in Tragg. Gr. atque Plat. p. 281.) Περὶ τοῦ τυχεῖν πραγμάτων ἀσχήμων, ἤγουν οὐ κατ' ἀξίαν, τοῦτ' ἔστι παρὰ τὴν ἀξίαν, περὶ (παρὰ) τὸ πρέπον. Fœhsius: 'ἀσχημόνων?' Ita videtur. Sed quum εὔσχημος, εὐσχήμων, * καλύσχημος etc. occurrant, et apud recentiores inprimis frequentetur, (v. Schæf. ad Dionys. H. de Comp. Verb. p. 202. Passow. de Lex. Gr. p. 30.) cur voci ἀσχήμος civitatis jus denegemus, pro qua pugnat analogia, etiamsi H. Steph. Thes. Ind. omni auctoritate eam carere profiteatur? Nec jure Schneider. vocis * μικρόσχημος fidem videtur addubitare. Cf. Ducang. Glossar. T. ii. p. 1507." Lectionem ἀσχήμων in Schol. Eurip. Hec. Cod. Paris., Fœhsio suspectam, confirmant et Scholia nuper in quarto Matthiæani Euripidis Tomo vulgata, ubi p. 56. leguntur hæc, Περὶ τοῦ τυχεῖν αἰσχρῶν πραγμάτων, ἤγουν ἀσχήμων, οὐ κατ' ἀξίαν, τουτέστι παρὰ τὴν ἀξίαν, παρὰ τὸ πρέπον, Fl. 6. 9. 21. 56. 59. 76. Gu.: et ea, quæ supra l. c. monuimus. Sic ἄγνωμος, ἀγνώμων: εὔγνωμος, εὐγνώμων: σύγγνωμος, συγγνώμων: * εὔδαιμος, εὐδαίμων. Vide Thom. Mag. p. 380. Adde * ὁμοιόσχημος, quod Spitzner. l. c. p. 194. affert ex Apollonio Dysc. de Pronom. p. 347. a. 3. b. 6.]

Ἀπαγγελτὴρ, ῆρος, ὁ, Nuntius, Index, in Anthol. [Epigr. Philippi Thess. xxii. Δούναξας ἀκροδέτους, καὶ τὴν ἁλιηχέα κώπην, Γυρῶν τ' ἀγκίστρων λαιμοδακεῖς ἀμίδας, Καὶ λίνον ἀκρομόλιβδον, ἀπαγγελτῆρά τε κύρτου Φελλὸν, καὶ διασὰς σχοινοτενεῖς στυρίδας. Schæf. in Mss. consuli jubet Berglerum ad Alciphr. p. 7.]

[* Ἀπαγγελὴς, έος, ὁ, ἡ, i. q. ἀπαγγελτὴρ, Nuntius, Index. Sic Matthiæ Lex. Gr. Prosod. p. 107. afferens e Maneth. ii. 263. Ἄλλοι δ' αὖτε τέλονται ἀπαγγελέες βασιλῆων. Sed illud ἀπαγγελέες formatur ab * Ἀπαγγελεὺς, έως, ὁ. "J. Geometræ Hymn. iv. 52." Abr. Kall. in Mss.]

Ἀπαγγελτικὸς, ἡ, ὸν, Enuntiativus. Affertur e Seneca, et τὸ ἀπαγγελτικὸν, pro Enuntiatione. [An respicitur ad Senecæ Epist. cxvii. ubi extat quidem v. Enuntiativum, sed frustra quæritur v. Ἀπαγγελτικόν? "Sunt naturæ corporum," inquit, "tanquam, Hic homo est, hic equus: has deinde sequuntur motus animorum enuntiativi corporum. Hi habent proprium quiddam et a corporibus seductum, tanquam, Video Catonem ambulantem. Hoc sensus ostendit, animus credit. Corpus est quod video, cui oculos et animum intendi. Dico deinde, Cato ambulat: non corpus quidem est, quod nunc loquor, sed enuntiatum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enuntiatum, alii edictum." Schol. Aristoph. Acharn. 9. Ἐπείπερ καὶ ἡ τραγῳδία ἐμπαθῶν πραγμάτων ἀπαγγελτική. Hinc sua sumsit Suid. in Τραγῳδιῶν, quod ignorabat Kuster., credens ad Schol. Aristoph. Plut. 424. glossam illam pertinere.]

[* Ἀπαγγελτικῶς, Enuntiative, affert G. Wakef. in Mss. e Sext. Empir. Pyrrh. i. 197. Τοῦτο δέ φησιν, λέγων τὸ ἑαυτῷ φαινόμενον περὶ τῶν προκειμένων, οὐκ ἀπαγγελτικῶς μετὰ πεποιθήσεως ἀποφαινόμενος, ἀλλ' ὃ πάσχει, διηγούμενος.]

